¶ Et cura eius est vt in potu sumat vinũ et aquã carnis cũ spẽbus condientib⁹: et prohibeatur a somno: deinde ingrediaẗ balneũ. ¶ Et fit ex desiderijs malis et accidit aut mulieri pregnanti: aut ei qui in stõ suo habet humores malos. ¶ Et cura ei⁹ est vt deẗ pregnãti electuariũ de xiloaloes: ꝛ dyacitonitẽ non laxatiuũ et comedat de carnib⁹ galline ꝛ cerebell' eduli et arietꝰ assatis ꝛ euomat in q̃busdã horꝰ vomitu leni: et comedat rem medicã de cepa ꝛ allio ꝛ sinapi. Illi autẽ qui desiderãt res malas: vt carbones et lutũ. euomant: deinde sumant in potu infusionẽ aloes: et detur eis post illõ trifera facta de scoria ferri: et sedeẗ appetitus ei⁹ cum excitatur cum corrosione ossium pulloꝝ columboꝝ assatoꝝ et carne salita sicca preparata facta cũ ameos ꝛ spodio et nuce muscata. et alhehil et cardamomo: hec enĩ sedant ea que diximⁿ. ¶ De colerica passione. Capi. lx.

Colerica passio fit ex conuersiõe cibi in stomacho et intestinis: et signa eius sunt antecessio sacietatis nauseatiue et multitudo ventositatis in vẽtre ante eã per dies aliq̃t: et ꝙ incipit cũ dolore vmblici et punctura eius deinde venit solutio plurima sine vomitu aut cũ vomitu pauco. ¶ Cura eius est vt bibat hora qua sentit puncturam et corrosionẽ aquã calidã in qua bullitũ fuerit ciminũ multotiens et requirat somnũ ꝛ prohibeaẗ ab asellatione quãtũ possibile est: et infundat tortellas in vino veteri et comedat eas. Si autẽ sentit grauitatẽ in capite suo dormiat et cũ euigilatur ingrediaẗ balneũ ꝛ prolonget famem: deinde redeat ad consuetudinẽ suam paulatim.

¶ Et fit ex effusione colere rubee ad stomachũ et intestina cũ supfluitate et est deterior earum et peior et magis deterrens: et cũ ea est nausea vehemẽs valde et siti assidua et bibat aquã frigidã ꝛ sedatur nausea ei⁹ donec calefiat in stomacho: deinde euomat eã. ¶ Et q̃nqꝫ est cũ ea vẽtris solutio. et quandoqꝫ superfluit adeo donec facit superuenire infirmo simcopim ꝛ cadit pulsus. ¶ Et cura eius est vt sumat in principio aque calide plurimũ. vt euomat cũ facilitate ꝛ egrediaẗ ab eo plurimũ illi⁹ colere: cuꝫ ꝙ peruenit vomit⁹ ad hoc ꝙ cadat ṽtus ꝛ superfluit: tũc ligenẗ vtraqꝫ adiutoria et infrigideẗ stomachus ei⁹ cum niue ponẽdo eã super

ipsum: et effundatur super extrema eius aqua frigida: τ da ei in potu rob granatorũ purum vna vice post aliam: τ qñ euomit ipsum reitera ipsum et da ei in potu spodiũ τ lutũ alesiburni et rosas siccas: τ dissolue ea in aqua malorum: et da ei in potu de aqua frigida: et quando euomit eã reitera donec videat vomitũ alleuiari parum: τ tũc fac eum sorbere aquã carnis assumptã ex pullis contritis: et funde super eam parum aque citoniorũ et parum vini τ pulueriza desuper tortellas tritas: τ si euomit eas: reitera illud super ipsum donec recipiat illud: et da ei in potu aquã agreste in qua infusi sunt τ pulli et cubugi: τ pulli colũbini assati cõtriti: τ cum recipit cibũ: tũc da in potu vinũ τ cooperi eum vt dormiat: nam vomitus sedatur cum somno oĩno.

¶ De eructuatione. Cap. lxi.

Eructatio si multiplicetur digestionẽ corrũpit: et quando minoratur: inflat stomachũ: et quãdo minoratur confert ei masticatio thuris et cimini: et quando multiplicatur vtatur vomitu ante cibũ τ electuarium diapiperion et zinziber condito et balneo.

¶ De singultu. Cap. lxij.

Fit aut propter grossam ventositatem: aut ꝓpter rem mordicantẽ os stomachi extendentem ipsũ aut propter apostema in epate: aut propter solutionem et esionẽ superfluam. et signa eius quod accidit a mordicatione oris stomachi sunt: ꝙ fit post comestionem rei calide: aut vomitus colere rubee: aut viridis: aut nigre.

¶ Et cura eius est traijcere aquam calidam aliquotiens deinde sumat oleum amigdalarũ: aut sumat de butyro recenti paulatim: et si sedatur bene: et si non: administra vomitum dando in potu syrupũ acetosum. et aquã calidam: et euomat eum multotiens deinde da ei oleum τ sorbitiones leues factas ex amilo et oleo amigdal. et zuccaro.

¶ Et quando est ex ventositate grossa: signũ est ꝙ fit post satietatẽ nauseatiuã et accidit infantibus plũ post multitudinem suctionis mamille: et conferũt ei ameos zinziber calamentũ τ mastix singulariter: τ cõposite: τ cõfert ei sumere in puluerẽ foliũ sisimbrij sicci triti: aut folia rute aut folia calamenti aut semen eorũ: de vnoquoqꝫ quoꝝ sumat

puluis pōdere.ʒ.ij.cum vino puro:aut decoctiōe cimini et calamenti et dissoluatur in aqua parum thuris et detur in potu et vaporetur locus:et ingrediatur balneum calidū et traijciat aquam calidā non superflue. ¶ Et eius qui fit ex apostemate epatis calido signa sunt febris acuta et nausea. ¶ Et eius cura est flobotomia basilice ⁊ sumere in potu aquā ordei ⁊ aquā granatorū:et emplastretur epar sandalis ⁊ aqua ro.⁊ aceto ⁊ cāphora.⁊ sumere in potu aquā solatri ⁊ endiuie bulitā et colatam cum syrupo acetoso.

¶ Et fit singultus accidens post diariam ⁊ debilitatem et solutionem ventris et reliquas euacuatiōes:⁊ plm eius curationem non habet:⁊ est signū malū.⁊ curatur fm dispositionem sumendo in potu lac semper et sorbitiones leues et vinum plurime cōmixtionis et aquam carnis.

¶ De egritudinibus epatis. Cap.lxiij.

Egritudines epatis aut apostema calidū:aut durum et non forsitan fit flegmaticū:aut opilatio:aut malitia cōplexiōis frigide aut calide:aut debilitas ei⁹ tantū:aut ventositas grossa sub eo ⁊ ycteritia ⁊ ydropisis. ¶ Et signa apostematis calidi sunt febris inseparabilis et vehementia sitis et vomitus colere: et quandoqꝫ fit cuꝫ eo singultus et ycteritia et tussis sicca in qua non est sputum omnino:⁊ casus appetitus. ¶ Et cura eius est vt cum est incipiens et vsqꝫ ad hebdomadam vnam flobotomia cephali.in latere dextro:et emplastret epar sandal.et camphora ⁊ aqua ro.et infrigidetur epar semper. et sit contentus pro cibo aqua ordei ⁊ detur in potu aqua granatorum ace.et aqua endiuie ⁊ aqua solatri cum syrupo aceto. de zuccaro puro. ¶ Cum ergo alleuiatur fe.sint cibi ex herb.et agresta cum pullis et dimittat vinum oīno vsqꝫquo verificetur ei sanitas. ¶ Apostema calidum conuertitur tripliciter:aut enim resoluitur:aut collectionem facit saniei:aut induratur:et sequitur resolutionē eius sanitas et collectionē ipsius sequitur vomitus saniei et sanguinis et egestio vtriusqꝫ ⁊ comitatur duritiem eius ydropisis.et signum resolutiōis eius est quod alleuiatur infirmus.post sedationē febris ⁊ quiescunt omnia accidētia et sedantur ⁊ redit corpus ad dispositionē suam in colore et

appetitu: ꝛ istud fit propter naturā cum est fortis. sufficit enim post flobotomiā ꝛ curationē quā diximus cōfortatio eius tm̄. ¶ Curatio vero eius est vt post quietē vehementie fe. detur in potu aqua endiuie cū medulla cassiaf. ꝛ emplastretur epar cū cera ꝛ oleo alkeiri: ꝛ camomille: ꝛ bdellio et semine caulis ꝛ spica ꝛ myrrha ꝛ ciperis ꝛ rosis. ꝛ cū vino aquaqꝫ citonioꝝ ꝛ mirtis ſm quantitatē ꝛ diminutōez caliditatis. ¶ Collectionis autē saniei signū est in apostemate qd̓ sedatur febris: ꝛ accidit tremor ꝛ vomitus saniei ꝛ sanguinis: ꝛ egestio vtriusqꝫ ꝛ quies a grauitate quā inueniebat eger: quasi rei appēse in latere dextro et furcula ipsi⁹. ¶ Et cura ei⁹ est vt ī potu sumat aquā ordei aut aquā zuccari aut syru. aceto. ſm quātitatē residui coloris: deīde post duas horas detur ei in potu de hac medicina. ℞. masticis aureum. i. thuris sanguinis draco. rosarum tritaruꝫ spodij. ana. aure. ij. se. endiuie se. apij terre sigilla. ana. aureum. i. sumantur in potu de ea. ʒ. iij. cum syrupo acetoso: aut aqua mellis: aut iulep: ſm qd̓ diximus ꝛ emplastretur epar exterius cum gallia ꝛ ramic ꝛ ciperis et thure ꝛ spica ꝛ mastic̄. ꝛ calamo aro. cum aqua maloꝝ ꝛ aqua mirti: ꝛ aqua citoniorum ꝛ cibetur infirmus in hac hora cū eis que addunt in fortitudine eius: sicut pullis: ꝛ edis ꝛ vitellis ouorum et parum vini albi et subtilis.

¶ Apostematis autē duri signum est ꝙ apparet tactui res dura sub costis: et corrumpitur color et minoratur appetitus. ¶ Et cura eius est vt in potu sumat diacurcumam et athanasiam et trociscos de bdellio: quorum confectio est hec. ℞. rosaꝝ tritaꝝ. ʒ. x. spice nar. ʒ. ij. cc̄i. ʒ. i. lacce. ʒ. i. et ꝭ. myrrhe. ʒ. i. costi. ʒ. i. et. ꝭ. masticis. ʒ. ij. amigdalaꝝ amararum. ʒ. ij. bdellij. ʒ. iij. resoluatur bdellium cum vino ꝛ cōficiantur cum eo medicine et fiant inde trocisci: ꝛ sumātur de eis in potu. ʒ. iij. cum aqua endiuie si fuerit caliditas: ꝛ si non: cum aqua mellis aut cum aqua ꝛ vino. aut cū aqua seminis. apij. et seminis feni. et emplastretur et cum emplastris que diximus.

¶ Opilatōis aūt signū est grauitas quā inuenit infirm⁹ in dextro latere sine dolore: ꝛ nō est febris ꝛ paruitas digōis ꝛ leuitas vētris. ¶ Et cura ei⁹ est: si cū ea fuerit caliditas

syrupus aceto. cum aqua endiuie: et si fuerit cum ea frigidi tas diacurma maior cum aqua radicum: et dimittat cibos grossos et viscosos sicut pultes et pheludegi et panis azimus et pedes et caseus et oïa dulcia que habēt grossitiem: et comedat res cū quibus fit abstersio: sicut kisch ordei et fabas et deuitet rizi et proprie cum lacte: et multiplicetur sal et fermentum in pane suo.

¶ Malitiam autē cōplexionis in epate que calida est sequūtur febres. et sitis et siccitas vētris multa et paruitas appetitus et asperitas lingue absq3 grauitate: et nō est dolor sub costis dextris et rubet aqua valde. ¶ Et cura ei9 est aqua ordei et aqua citrol'. et aqua cucurbite: et syrupus acetosus purus: et aqua endiuie et aqua solatri ꝓprie: et assiduatio emplastratiōis epatis cum sandal'. et ro. et cāphora: et non sit cibariū nisi acetosum hezibe cū sucubegi: pisces et infrigidata ex edis et lactentibus vitulis: et berberis: agresta et aqua veri frigoris et dimissio vini omnino.

¶ Malitia autē cōplexionis frigide est cum solutione ventris et mollitie corporis et corruptiōe coloris et tumore faciei et paruitate appetitus et digestiōis grauitate et dolore sub latere dextro. ¶ Et cura eius est oē quod calefaciat epar ex medicinis et cibis sicut piper et calamentū: zinziber conditum et vinū vetus purū et fixa habētia semina: et emplastratio extrinsecus cū ciperis et spica et squināto et myrrha et costo et vino odorifero stiptico veteri.

¶ Debilitatis vo eius signū est tantū egestio similis aque recentis carnis cum abluitur cū paucitate appetitus et extenuatione corporis. ¶ Et curatio eius est emplastratio cū rebus calidis stipticis ex eis que iam dixim9: sicut sunt ciperi et masticis spice thuris nucis cupressi: gallia mu. vinū vetus purum et almusus: et de medicinis sumat illam que aggregat stipticitatē: et aliquantulū caloris sicut hoc medicamē. ℞. mastic. aureū. i. spice aureum. v. se. apij: ameos ana. aureu3. i. thuris aur. ij. ciperi superioris squināti. aā. aureū. i. bibantur de eo. ʒ. iij. cum vino veteri aut cū aqua radicum. ¶ Et fiāt cibi ei ex granis granatorum et passulis. cum suis interioribus que bene masticentur. ipse enim confortant epar et impinguant ipsum et aqua in qua de-

cocta sunt ciminū et condimenta:et piper et similia. ¶ Et ex eis que conferunt omni egritudini que accidit in epate malitia cōplexionis aut alijs cum ꝓprietate in eis mirabili est vt sumat epar adib exiccatus et teratur optime et bibatur ex eo coclear.i.ꝛ est aur.ij.cū vino dulci ꝛ si infirmus habeat febrē cum aqua frigida solum. confert enim iuuamentū maxime ei qui in epate suo habet egritudinē: et nos iam experti fuimus sufficiēter:ꝛ comedat passulas cum suis interioribus postꝙ bene masticauerit eas si vult vt impinguetur et confortetur epar.

¶ Uentositatis autē que est sub ipso signa sunt tensio que est sub latere dextro que cōmouetur cū digeritur cibus et sedatio per compressionē vehementē super ipm ꝛ extimāt stulti medici ꝙ est opilatio vel apostema:et confert ei purum vinum forte cum bibetur ex eo res modica ꝛ minoratur aqua et miscetur cum ea vinū ꝛ cibi pauce inflationis et dimissio inflatiuoꝝ sicut olerū ꝛ cōpressio super ipsum ꝛ adherentia pāni calefacti:ꝛ vaporatio eius cum milio et balneum ante cibum.

¶ De ycteritia. Cap.lxiiij.

Icteritia quidē fit aut ꝓpter caliditatē epatis multam per seipsuꝫ natā:aut qm̄ epar calefactū est ex cibis aut medicis cali.aut apāte aut opilatōe aut propter multitudinē colere rubee: aut ꝓpterea:qꝛ natura expellit eā ad exteriora corporis:aut ex morsione vermiū: aut animaliū venenosorū calidorū:aut ꝓpter debilitatem fellis ab attractione colere ru.aut ꝓpter opilationē meatus quo attrahitur colera ab epate:aut ꝓpter opilationē meatus quo expellitur colera ad intestina:ꝛ illorū quideꝫ quorū epata ꝯm naturam sunt calida colores sunt citrini semper et in albugine oculoꝝ eoꝝ semꝑ est citrinitas ꝛ nō accidit eis inde maximū nocumētū:nisi cum illud suꝑfluit in eis. ¶ Et cura eorū est omne quod infrigidat epar sicut granata acetosa et multiplicatio potus aque ordei in mane et potus a sauic ꝛ zuccari proprie diebus estatis:et alleuiatio ciborū calidorū et similiter medicinarū et potuum calidorū et si potātur plurimū cōmisceantur cum aqua:et sint cibi eorum acetosi ex eis que diximus. ¶ Calefactiōis autem epatis que est ex apostemate calido. signum est ꝙ

apostemat̃ ex cibis calidis aut medicinis calidis aut po=
tu vini puri fortis et similibus illis. ¶ Et cura eius est id
quod infrigidat epar ex medicinis cibis et emplastris que
diximus. ¶ Generationis autẽ multitudinis colere: signũ
est quod egreditur cum vomiitu et solutiõe ꝛ ycteritia ꝭm
suam dispositionẽ. ¶ Et cura eius est cum decoctione mi=
rabol̃. aut cũ aqua casei ꝛ cũ lacte acetoso: in quo dissolu=
ta fuerit scamonea. deinde reditio ad cibos extinguẽtes.
¶ Ycteritia autem facta ex opilatione: aut est ex opilatio=
ne in epate ipso: cuius signum est quod cum ycteritia est
grauitas in latere dextro. ¶ Et cura ei⁹ est cura opilatio=
nis que fit in meatu quo attrahit̃ colera ad fel. ¶ Aut est
ex opilatione meatus ex quo expellitur ad intestina cole=
ra cuius signuꝫ est ꝙ accidit ycteritia fortis velociter cum
grauitate parua in epate et albedine egestionis et amari
tudine in ore et gutture et vomitu colere. ¶ Et cura eius
est si fuerit cuꝫ caliditate aqua endiuie in qua dissoluta est
medulla cassia fistula. et oleum amigdalarum dulcium: et
si nõ fuerit caliditas: tũc aqua apij: aut feniculi: aut aqua
porri est conuenientior: in hoc loco quoniam opilatio in
hijs duobus meatibus: scilꝫ quo attrahitur colera. ꝛ quo
expellitur: nõ forsitã accidit nisi ex apostemate: quare in=
diget eo quod resoluat ipsum. dissoluatur ergo medulla
cassiafistu. in succo caulis. et decoctione eius et distilletur
desuper oleum amigdal̃. amararum: et detur in potu.
¶ Et fel quidem tria habet orificia: orificiũ adherens epa
ti: et orificiũ ad intestina: et orificium ad stomachũ: et opi=
latio accidit in tribus dictis meatib⁹. In illa que accidit
orificio adherente epati: vrina ꝛ egestio sunt citrine ad al
bedinem decliues ꝑpter paucitatem effusionis colere ad
intestina: et non est cum ea vomitus colere neqꝫ amaritu=
do propter paucitatem effusionis colere ad stomachũ. ꝛ in
illa que est in orificio adherente intestinis: vrina ꝛ egestio
sunt albe propter paucitatem effusionis colere ad intesti=
na. Et in illa que est in orificio adherente stomacho vrina
ꝛ egestio sunt grosse rubee sicut bolum ꝑpter multitudi=
nem effusionis colere ad intestina. In illa auteꝫ que fit ab
opilatiõe meatus quo expellit cistis fellis coleram ad ĩna

testina proprium signum est albedo egestionis et paruitas tin cture eius et difficultas exitus fecis eius ex ventre cum forti tudine yctericie: et non est in ista de vomitu colere id quod est in ea quam est ex opilatione meatus quo attrahitur colera.
¶ Et cura eius est cura illa eadem et conferunt ei proprie clisteria: in quibus est acuitas postquam in potu sumpta sunt ea que diximus.
¶ Ycteritia autem que fit propterea quod expellit eam natura ad exteriora corporis cum fortitudine: fit post febrem et in die cretico: et oportet vt iuuetur natura ad expellendum ipsum per introitum in aquam calidam et syru.ace.
¶ Illius autem que est ex morsu venenosorum animalium ca lidiorum: cura est sumere in potu semper lac aut oleum ami gdalarum. deinde aquam granatorum et mucillaginem psilij et aquam atarasacon et poma acetosa. ¶ Debilitatis autem fellis ab attractione signum est quod est cum ycteritia nausea et vomitus colere sine grauitate in epate.
¶ Et cura eius est cura confortans epar: fel autem confor tatur per comunitatem quam habet cum epate. ¶ Et cum omnes modi ycteritie curentur intrinsecus cum eis quibus indi get: tunc curetur quod remanet in exterioribus corporis ex eis cum balneo et suctione per nares aceti fortis et faciendo alcohol cum aqua rosata.

¶ De ydropisi. Cap. lxv.

Ydropisis vero tres habet modos: aut enim aggre gatur aqua in ventre tantum: et est asclites: aut mol lificatur totum corpus: et est yposarca: aut aggre gatur in ventre aque parum et ventositatis plurimum et est tim panites. Et yposarca quidem est in qua mollificatur totum corpus et fit ex frigore epatis et est leuior earum et propin quioris curationis et sanationis: cuius signa sunt albedo co loris vrine et solutio nature: et inflatio palpebrarum.
¶ Et cura eius est illud quod calefacit epar ex his que dixi mus in capitulo de frigore epatis: et quod prouocat vrinam cum fortitudine: et confert ei sepeliri in arena calida et linire to tum corpus ex luto et stare et sudare in sole post calefactio nem epatis. Et quandoque est hec ydropisis successione potus aque frigide plurimum post coitum: aut exitum de balneo et post motum plurimum. Cum ergo accidit in hac egritudine dolor sub

costis ex potu aque frigide oportet vt tunc in potu detur vinum purum ꝛ vaporetur epar cū eis que ipsum calefaciunt. ¶ Cum autem ydropisis perseuerat ꝛ prolongatur: tunc curetur cum eis que diximus: ꝛ est facilior sanatio. ¶ Et quandoqꝫ accidit hec ydropisis post solutionem vētris longam: aut cursum sanguinis ex emorroydibus et menstruis: et qñ est ita: tunc cura eius est illud quod diximus de confortatione epatis et calefactione eius et gradatione ad addendum in cibo odoriferis et somno. Et vtēdum vino vt redeat sanguis et confortetur corpus: et redeat ad dispositionem suam. ¶ Et quandoqꝫ accidit post magnitudinē splenis ſm quod dicemus. Et cura eius est studiū i splene ſm qđ diximus. Et quādoqꝫ accidit etiā ꝓpter frigus epatis: ex mēbris vicinis ei cū infrigidantur sicut stomachus et intestinū ieiuniū ꝛ pulmo ꝛ diafragma et renes. ¶ Et accidit etiam a multitudine exitus sanguinis ex menstruis et ex retentione eius. Et cura eius est illud quod diximus de calefactione epatis et confortatione eius exterius et interius et quod prouocat vrinam ſm quod diximus.

¶ Asclites etiam accidit cum apostemate calido in epate et febre hec rubedine aque ꝛ est deterior earū. Et cura eius est cōposita ex cura apatis calidi in epate cum cura ydropisis. ¶ Curentur ergo isti aqua endiuie ꝛ siru. aceto. quādoqꝫ: ꝛ cū eo qđ euacuat aquā preter quod calefiat plurimū: sicut cū aqua cardamomi et infusione mirab. ꝛ trociscis de berberis. Et qñqꝫ fit ex apostemate duro et non est cum febre neqꝫ rubedine aque. Et cura eius est illud quod ex medicinis diximus aperiētibus opilationem ꝛ resoluentibus apostemata eius: sicut diacurcuma ꝛ dialacca: et confectio de costo. dentur ista postq̄ solutio facta fuerit cum folijs mezerion ꝛ ere adusto ꝛ euforbio ꝛ succo cucumeris asinini et mirab. citr. et yereos ꝛ serapino: administrētur ista ſꝫ quantitatem secationis caliditatis ꝛ commotionis eius: deinde itera prouocantia vrinam quādoqꝫ ꝛ ista quādoqꝫ: et si vis da ei in potu kekelēgi in omni hebdomada dosim vnā: ꝛ in eo qđ est inter illud ex diacurcuma magna cū decoctiōe se. apij: ꝛ se. feni. Si autē ingrossetur res incide sub vmblico. ¶ Timpanites fit ex aggregatiōe aque pauce que descēdit

in ventre et ventositatis plurime fit post caliditatem in epate et est aqua rubea cum ea secundum plurimum et antecedit eam inflatio assidua in ventre: et est difficilis resolutionis et difficilis cure. Curatur secundum dispositionem solutione ventris leni cum facilitate ex eis que non plurimum calefaciunt vice vna cum aqua granatorum et infrigidatione epatis vice alia: et cum eis que eructare faciunt: sicut est masticatio thuris et cimini: et inunctio cum aceto squillitico et que extrahunt ventositatem inferius sicut hoc medicamen. Rx. ciminum baurach folia rute conficiantur cum melle: et supponatur cum coto in die multotiens et fricetur venter et emplastretur: et non comedat inflantia omnino.

¶ De egritudinibus splenis. Cap. lxvi

Egritudines splenis aut sunt debilitas eius ab attractione melancolie: aut magnitudo ipsius. et magnitudo eius aut fit post febres: aut cum febre: aut sine febre: est autem ex apostemate duro vehementi: aut sine illo: aut est inflatio eius sola: debilitas autem eius ab attractione melancolie signa sunt corruptio coloris: et conuersio eius ad nigredinem et conturbatio albuginis oculorum cum casu appetitus. ¶ Et cura eius est positio ventosarum super splenem sine incisione vice vna: et emplastretur cum medicamine confortante splenem altera. et fricatio eius et commotio eius: et motio ipsius cum manu et equitatio et exercitium.

¶ Magnitudo autem eius facta cum febribus apparet tactui in latere sinistro. ¶ Et cura eius est trocisci de rosis et syru. ace. et vt vaporetur cum aceto forti secundum quod narrabo. ¶ Magnitudinis autem que fit successione febris. ¶ Cura eius est trocisci de agno casto. et sy. ace. plurium radicum et seminum et vaporatio cum aceto in quo bullita sunt ruta et calamentum. ¶ Et fit magnitudo eius sine febre: et est aut antiqua dura vehemens: aut infra hoc: illi autem que non est dura neque antiqua sufficiunt trocisci de agno casto secundum quod narrauimus. et similiter vaporatio quam diximus antique vero magne dure apparitio sensui manifesta est. ¶ Et cura eius est trocisci de capparis et aqua radicum et syr. ace. acetositati pertinens plurium seminum et vinum amarum forte et purum et dimissio aque omnino: aut bibere ex ea minus quam pos-

sibile est: et emplastrare ipm cum emplastro de armoniaco: aut emplo de calce: aut emplo de sulphure: et dimittere dulcia et cibos qui faciūt bibere aquā: et comestio capparis cū aceto. sed ei9 camakac nō. et cōfert oibus dolorib9 eius nisi illis qui sunt ex inflatiōe flōmia basilice in sinistro latere et saluatelle. ¶ Inflatiōis autē signū est tensio sub latere sinistro cuz apate nō duro: qd fit planū qn sup ipm fit vehemēs cōpressio pter q doleat: et qnqz puenit ex eo cū vehementer premit desup eructuatio aut rugit9. Et cura eius est sumere puluerē nasturtij et vinū vet9: et dimittere oia q inflāt: et ponere sup ipsuz vētosas cū igne. ¶ De fluxu vētris. Cap. lxvij.

Fluxus vētris fit aut cuz sanguine et sanie: aut sine eis. et ille qui est sine sanguine. fit aut ppter debilitatem epatis ab attractione propter debilitatem suam a digestione: aut quia currit ex eo colera acuta ad intestina: aut ppter velocitatē descēsionis cibi a stomacho et intestinis: et illud fit aut propter multitudinē flegmatis in eis aut propter repletionē eorum et mollificationē ipsorum aut propter lubricitatē accidētem in eis: aut ppter bothor in superficie eorum. Et quandoqz fit fluxus ventris etiam a multitudine effusionis colere nigre ad os stomachi et a re effusa ex capite ad stomachū: aut ppter multitudinē cibi. aut qz solutiuus est in natura sui aut ppter errorez ordinis eius: aut ppter motū ipz: aut ppter multitudinē pot9 aque super ipm: aut ppter paruitatē resolutionis a corpe. ¶ Ille autem qui fit cuz sanguine et sanie fit aut ppter dubellatim qui rumpitur propter venam scissam: aut propter debilitatem epatis: aut ppter excoriationē accidentem. ¶ Excoriatio cū fit in intestinis supioribus aut inferiorib9 aut in ano. ¶ Accidens autem ex debilitate epatis ab attractione fit absqz sanguine: et signum eius est fluxus albus et viridis et quod mollescit corpus cum eo: et minoratur sanguis in venis eius et citrinatur color et albificat. ¶ Et cura eius sunt ekarium aperitiuū sicut diatrionpipireon: diacalamētum et vinum purum forte parue quātitatis: et emplastra cōfortantia epar et positio vētosarū super ipsum vice vna: et ista emplastra alia: et cibi qui sunt velocis penetrationis.

¶ Fluxus autem facti a multitudine colere acute que cur-

rit ab epate signa sunt: q fit post febres adurentes: aut post acceptionē medicinarū acutarum: aut vini puri. τ omnium que calefaciunt epar τ mordicant ipsum τ faciūt sequi cum prolongatur excoriationē. ¶ Et cura eius est sumere in potu aquaз sauic ordei: aut sauic de granis granatorum: aut trociscos de acetosa: et lac acetosum decoctū cum lapidibus τ ferro ignito: τ quādo prolongat hec egritudo τ cadit virtus: et vr q in ea non valeat hoc medicamen: tūc cura est cibare egrū ex medicinis leuibus pinguibus in die multotiēs dando omni vice coclearium vnum.

¶ Velocitas descensionis cibi a stomacho et in intestinis fit aut propter motum laboriosuз post cibum. ¶ Cura eius est somnus et quies post cibum. Aut quia cibus in seipso facit illud necessarium: quoniam est lubricosus viscosus: subtilis: aut pinguis: aut plurime quantitatis: aut in ipso est virtus solutiua. ¶ Et cura omnis speciei huius est vt opponatur ei cum contrario. ¶ Aut velocitas descensionis cibi propter stomachum fit: τ intestina: et hoc fit propter multitudinem flegmatis in eis: cuius signum est fluxus albus et multitudo sputi et paucitas nausee et sitis τ vomitus flegmatis et eius exitus cum cibo: et egestione cōmixti cum eis: et egestio in qua non est plurima alteratio.

¶ Et cura eius est vomitus et potus yere: deinde electuaria aggregantia stipticitatem et caliditatem ex eis que diximus in cura stomachi. et similiter cibi.

¶ Aut propter molliciez in stomacho τ replexionem eius: cuius signa sunt hec preter quod cū eo non est vomitus flegmatis: neq3 egestio. ¶ Et cura eius est exiccatio et electuaria que diximus preter vomitum et solutionem. ¶ Aut propter bothor in eis: cuius signa sunt q exiccat post cibuз dolor in stomacho τ intestinis et in loco in quo nō inueniebat ante cibū: cūq3 cibus descēdit ab illo loco sedat ille dolor τ commouet in loco alio inferiore ab illo loco: deide sedat: et nō cessat permutari sm hoc: τ quod est in egestione virus subtile: et cibi etiā cum sua dispositiōe τ non alterati oīno: aut non alterati plurima alteratiōe. Et cura eius est cibi aceto si stipticitas: sicut ribes τ granata acetosa τ citonia proprie τ sumach trocisci de acetosa: τ puluis manu sumptus de gra-

nis granatoꝝ:et puluis lubricatis intestinorum de semini bus similiter sumptus. ¶ Aut ꝓpter lubricitatē accidentē in superficie stomachi: ⁊ intestinoꝝ: cuius signū est exitus ciborū: non alteratoꝝ: aut parue alterationis: ⁊ illud qm̄ sunt velocis exit⁹ ⁊ descēsionis ⁊ ꝓprie si mouet̄ infirmus ¶ Si autē infirmus nō mouet̄ sunt tardioris exitus et sen titur grauitas cibi descēdentis subito precipitati ad infe= riora sicut lapis cadens. Cura ei⁹ est exiccatio cū electua= rio de siliquis: et electuario de thure: et electuario de gal= lis: ⁊ dimissio aque calide: ⁊ admīstratio aque veri frigoris et sumere puluerē manibus a sauich bone frixiōis et ꝓpe a sauich de granis granatoꝝ et alcubebe ⁊ similia.

¶ Facti a multitudine effusionis colere ni. ad os stomachi signū est qđ cōmouetur in eo appetitus: ⁊ inuenitur cū hoc mordicatio in ore stomachi: et acetositas in ore et sedatio ei⁹ apud comestionē aut apđ potū paruū olei ⁊ nō sedatur cū cibis nō vnctuosis ea sedatione quā hꝫ cum vnctuosis. ¶ Et cura ei⁹ flobothomia basilice et sol'o cuꝫ decoctione epithimi et positio ventosaꝝ cū igne sup splenē: ⁊ sil'r sequi ipm cū medicinis ꝯfortantibus ipsum: et assiduatio pulue ris de epithimo: ⁊ ī mane sumere aliq̄d sorbitōis vnctuose.

¶ Facti vero ex catarro capitis: signū est qđ fit post som= num et diuersitatē egestionis. deinde retinetur venter duꝫ perseuerat homo vigilans. ¶ Et cura eius est abrasio capi tis: fricatio eius cum panno laneo aspero: et linire ipsum cum eis q̄ vesicant ipsuꝫ sicut diximus in cura tussis: ⁊ que dicem⁹ in antidotario huius libri: et sternutatio ⁊ garga= rismus et dimittere somnū sup ceruicem post repletionem cibi et vomit⁹ post expergefactionē cum aqua calida.

¶ Ille autem qui fit ꝓpter multitudinē cibi non fit nisi q2 virt⁹ appetitiua fortior est retentiua: cui⁹ signū est vehemē tia appetitus absq3 mordicatione in ore stōi: cūq3 comedit ꝫm appetitum grauat eū: quare soluitur nature. ¶ Et cura eius est: vt cōmensuret̄ comestio cū quātitate qua non sol uatur natura: et si leditur ꝓpter vehemētiā appetitus acci piat cū comedit ex luto ansiburio rem modicā aut ex cibo dulci vnctuoso bucellam ex carne pingui ꝓprie.

¶ Ille autē qui fit propter errorē in ordine q2 precedunt ci

dum res velocis exitus: quare ꝓpter illud festinat exitus cibi. Cura est alteratio illius ordinis: illius qui fit propter multitudinē potus aque super cibū. ¶ Cura est minorare aquā et cito currere ad somnū: et bibere vinum permixtū vt cesset sitis. Illius qui fit ꝓpter paucitatē resolutionis corporis: signū est multitudo carnis ⁊ paruitas appetitus longitudo quietis: ⁊ dimissio motus. ¶ Et cura eiꝰ est exercitium et fricatio et sudatio in balneo.

¶ De excoriatione tenasmon et similibus. Ca.lxviij.

Fluxus autē qui est cum sanie et sanguine aut fit ex dubellati que erūpitur: et illud fit ex percussione: et prouenit aut subito plurimū eius: aut paulatim: aut ꝓpter venā ruptā: aut ꝓpter debilitatē epatis a digestione: aut propter excoriationē: et excoriatio fit in nitestinis superioribꝰ aut inferioribꝰ: aut in ano. ¶ Illius autē qui fit propter dubellati que rupta est: signū est ꝙ antecessere febres: dolor et grauitas et āpa in quibusdā mēbris vacuitatis ventris deinde sedatus fuit dolor ⁊ pulsatio: ⁊ remansit grauitas deinde accidit ei tremor subito ⁊ alleuiata est illa grauitas etiā. ¶ Et cura eius est: si fuerit res plurima q̄ currit debilitans infirmū: vt detur in omni hora de aqua carniū: et parū vini et tortelle contrite: ⁊ adhibeatur ei bonus odor: vt nō cadat vtus: ita vt cū minoratur eius egestio def in potu aqua mellis vice vna: medicamē incarnatiuum vlcerum intestinoꝝ vice alia donec cōsolidetur. ¶ Ille vero qui venit paulatim: fit etiā post exituras in mēbris q̄ nō hn̄t amplos meatꝰ equales: sicut pectus ⁊ similia illiꝰ de his que nō peruenīūt ad stomachū et intestina in meatu amplo: ⁊ signa eiꝰ sunt ista eadē p̄dicta. et opꝫ vt ꝯsiderē ad qd latus expellat natura illā saniem et adiuuetur si fuerit ad partē intestinoꝝ cū solutiuis lenibus sicut aq̄ mellis: et aqua zuccari si fuerit cum eo caliditas: et si fuerit ad partem vrine cuꝫ semine apij et feniculi et dauco: et similia. de illis que prouocant vrinā cū lenitate: ita vt cū minorat quātitas eius: dentur in potu incarnatoria vice vna: ⁊ aqua mellis vice alia fm ꝙ diximus.

¶ Fluxus autē ex debilitate epatis ad digestionē signum est ꝙ egestio est similis aque carnis recentis cū abluitur. ⁊

iam diximus curã et signa in debilitate epatis.
¶ Excoriatio alia est mala: putrida: antiqua: et alia cum qua non est putrefactio: et alia que fit a colera: et alia que fit a flegmate salso: et alia q̃ fit a colera nig. et de istis alia est in intestinis superioribus: ꝛ alia in inferioribus ꝛ signa eius que est facta a colera sine putrefactione in intestinis supioribꝰ sunt pũctura in vẽtre: et egestio in q̃ sunt viscositas ꝛ mucillago: ꝛ dolor sup vmbilicũ: et ꝙ descendit fex post dolorẽ et puncturã p vnam horã: ꝛ cũ illa in quo est de mucillagine et sauic: et sanguine ꝙ est vehemẽtĩ cõmixtionis cũ fece descendit colera: et sunt cũ ea tristitia et sitis.
¶ Et cura eius est semina lenientia ꝛ puluis qui manu sumitur de bolo et aqua sauic ordei: cũ gummi ara. ꝛ lac acetosum coctũ cũ ferro et cibi faciẽtes glutinationẽ et stiptici sicut vitella ouorum et rizi impinguatũ cũ adipe renum edorum: et sumac: aggresta: ꝛ sauich algobedar: anabac: ꝛ oĩa que diximus in cura colerice egestionis.
¶ Illius autẽ que fit in intestinis inferioribus: signa sunt ꝙ dolor est in inferioribꝰ vmbilici ꝛ sequit̃ exitũ fecis punctura: et est nõ vehemẽtis cõmixtionis cum mucillagine et sanguine. ¶ Cura eiꝰ est ꝙ diximꝰ de clysteribus sedãtibꝰ faciẽtibus glutinationẽ. ¶ Excoriatiõis aũt facte ex flãte salso signa sunt ꝙ fit post corizã et catarrum: et non est cũ ea in egestiõe sanies plurima: neqꝫ colła: neqꝫ rubedo: neqꝫ viriditas: immo flegma ꝛ viscositates: neqꝫ acuitas inest que pungat ea: et ventositas cũ ea est plurima. ¶ Et cura eius est semina acuta: et nasturtiũ decoctũ cum aqua ꝛ olło et curetur caput cũ eis que diximus in cura ꝓhibitiõis catarri: et si fuerit in intestinis inferioribꝰ ponant̃ in clisteri res calefactionis pauce de illis q̃s dicemus: et noĩatur clystere sedatiuũ qđ nõ infrigidat. ¶ Facta aũt a melła est mala cronica et signa eius sunt punctura assidua ꝛ egestio nigra. ex qua terra ebullit et odorat̃ ex ea odor aceti: et hec excoriatio si antiquat̃ nõ sanatur. Si vero nõ fuerit antiq̃ tunc cura eius est sumere in potu senia lenia et cała: et deuitentur in hac egritudine res acetose: et dentur res faciẽtes glutinationẽ sicut vitella ouoꝝ et rizi cum adipe caprarum: et cũ amigdalis frixis et cũ papauere. Et oẽs excorti

cationes que sunt in intestinis inferioribus nō indigēt me
dicinis sumptis desup: sed clysteribus: illis autem que sunt
in superiorib⁹ parum cōferunt clysteria. ¶ Illa autē exco-
riatio que est cronica putrida siue flegmatica siue colerica
siue melica indiget clisteribus acutis ex eis qui dicemus ꝛ
medicinis q̄ abstergant vice vna: ꝛ ex eis q̄ constipāt alia.
¶ Excoriationis autē que fit in ano et est tenasmon: signa
sunt frequentia assellationis pauce sicut sputū. Vbi gratia
cū dolore ledente prope anum: et illud cum quo egreditur
egestio: nō est permixtum cum fece: et iuuantur habentes
eam suppositione colliriј plusq̄ reliqs curationibus: ꝛ ego
dico colliria tenasmon.

¶ De colica. Cap.lxix.

Colica passio fit aut ex retentione fecis aut ex retē
tione ventositatis et retētio quidē fecis fit ex sic-
citate: et siccitas fit aut propter siccitatē ciborum
ipsoꝝ: aut paruitatem q̄titatis eorum: aut multitudinē exi
tus vrine: aut vehementiā raritatis corporis aut multitu-
dinē laboris: aut vehementiam caloris aeris: aut propter
vehemētiā caliditatis ventris: et qn̄qꝫ retentio fecis est ꝑ-
pter paruitatē effusionis colere ad intestina: aut qm̄ sup ea
est flegma viscosum plurimū inuestitum sup ea: et hoc est il
lud qđ plurimū fit: aut propter siccitatē ipsoꝝ intestinorum
aut ꝑpter ap̄a eorum: aut ꝑpter destructionē sensus eorū.
¶ Uentositatis autē retentio fit: aut propter multitudinē
q̄titatis ei⁹. ꝛ fit multitudo vētositatꝭ: aut cibos īflatiuos
quoꝝ q̄titas est multa: aut ꝑpter superfluitatē cibi nimiā
aut debilitatē caliditatis vētris: aut ꝑpter coartationē vē
tositatis īter duas tunicas intestinoꝝ: aut ꝑpter adherētiā
flātis plurimi ꝛ lapidationē ei⁹. s. alicui⁹ ptis post aliā aut
ꝑpter colerā nig. effusam ad ventrē: quare inflat ipsum.
¶ Et retentio fecis ꝑpter siccitatem ciboꝝ accidit post co
mestionē glandiū et rizi et alcasab et similia. Et cura eius
est vt sumat ī potu syr. viol. aut iulep: aut decoctionē ficuū
aut rob dulce: aut oleuꝫ sisaminum in quo dissolutum est
de zuccaro rubeo q̄tum ipsuꝫ est super ignem: aut penidia
rum: et superponatur collirium ex salgēma: ꝛ cibi sunt vn-
ctuosi dulces et mollificatiui.

¶ Illius autem qui fit ex multitudine exuberãtie vrine si-
gna sunt ꝙ fit post multitudinẽ vrine. ¶ Et cura eius est co
medere carnes: passularum et arietis et dactilos ⁊ si sami
nos factos cũ amilo. et butirũ coctũ et butyrum crudũ: et
penidias ⁊ assiduare acceptiõe in medulle cassiefi. ⁊ syrup.
vio. et pruna infusa in iulep: et similia de illis que mouent
ventrẽ cũ opilatione meatum.

¶ Illius vero que est ꝓpter vehementiã caliditatis vẽtris
signa sunt vehemẽtia: sitis et siccitas fecis ventris semper
¶ Et cura eius est acceptio fructuũ lubricantiũ infrigidã-
tiũ añ cibũ sicut sũt pruna ficus hũide: ⁊ vue et crisomila: ⁊
similia. de illis que infrigidant et humectant ventrẽ.

¶ Illius qui fit ꝓpter vehemẽtiã caliditatis aeris aut pro
pter vehementiã laboris: aut propter multitudinẽ sudoris
in balneo: aut alia: signa sunt ꝙ retinetur fex: et exiccatur
post cibos sicut post istos. ¶ Et cura eius est sumere cibos
lubricatiuos vnctuosos multe quãtitatis et fructus humi
dos et alterare aerem: et dimittere laborẽ et inungere cor
pus cũ cera et oleo et intrare aquã frigidam.

¶ Illius vero q̃ fit ꝓpter raritatẽ corporis signa sunt par-
uitas fecis in oĩbus dieb⁹ sanitatis et siccitas eius ſꝑ plu
rima ⁊ mltitudo famis: et vehemẽtia appetit⁹. Et cura ei⁹
est assumptio ciboꝝ grossoꝝ vnctuosoꝝ: ⁊ inungere manife
stum corpis cũ cera et olo ro. et introitus in aquã frigidã.

¶ Illius vo qui fit propt siccitatẽ intestini signa sunt exte
nuatio mirac vẽtris ⁊ subtilitas ei⁹: et vt nõ inueniat sicci
tatis fecis causa ⁊ difficultas exitus fecis: ⁊ est cũ eis sitis
¶ Et cura eius est potus olei ante cibũ et introit⁹ in aquã
calidã: et administratio vini dulcis et vnctuosorum.

¶ Illius qui est ex flegmate grosso aggregato in itestinis
⁊ stomacho: ⁊ est illa q̃ plimũ fit: signa sunt ꝙ fit post satie
tatem nauseatiuã plurimũ: et retinet fex ex ventositas om
nino. et multiplicat: et fetet eructuatio desuꝑ ⁊ multiplica
tur nausea. et fortis fit dolor. et sudat sudore frigido. Et cu
ra eius est vt in hora quidẽ paroxismi succurratur cũ cliste
ri solutiuo leni. Si ergo sufficit bene est et si non: cuz solu-
tiuo medio: et si sufficit bene est: ⁊ si non: cũ acuto solutiuo
et det electuariũ: de dactilis. electuariũ diacitonitẽ soluti-

uum: ꝛ pillule de margaritis: ꝛ pillule albe. ipse enim pillule veloces sunt in soluẽdo ventrẽ. ¶ In die autẽ qua nõ sunt paroxismi: caueat sibi a satietate nauseatiua. et assiduet comestionẽ el'arij diacimini: ꝛ vtaꝛ in cibo suo alburi ana bati. ꝛ dimittat fructus hũidos: ꝛ euomat cũ aqua ꝛ melle cũ repleꝛ cibo: ꝛ sit eius secũda mẽsa ex ficub⁹ siccis nucibus ꝛ fisticis ꝛ penidijs ꝛ nuce inda: ꝛ vinũ eius sit vetus purũ amarũ: ꝛ decoctio eius sit ex caulib⁹ et aqua salsa et sicla. ꝛ oĩbus que soluũt ventrẽ: ꝛ dimittat sumach ꝛ lẽtes ꝛ granata cũ granis suis: ꝛ agresta: ꝛ similia illis: et deuitet multitudinẽ potus aq̃ fride ꝓprie ꝛ vinũ acetosuꝫ ꝛ nouum: ꝛ assiduet infusionẽ aloes cũ oleo de cherua: ꝛ aq̃ radicũ ꝭm qꝺ narrabo vt secur⁹ fiat a reditõe si de⁹ voluerit.

¶ Illius qui fit ꝓpter paucitatẽ effusiõis colere ad intestina: ꝛ accidit ex ea difficultas exitus fecis signa sunt albedo egestionis cũ difficultate exit⁹ eius et inflatio ventris.

¶ Et cura eius est qꝺ dixim⁹ in ycteritia ex opilatiõe meatus inferioris: et vt ponaꝛ in cibo almuri: et sinapis: et ficus immature: aut distilleꝛ in eo de lacte fici stille alique et sumat ante cibũ oliuas aque ꝛ siclas cũ sinapi et cõterat medullã cartami cũ ficubus: ꝛ sumat inde ante cibũ.

¶ Illa que est ex apostemate in intestinis fit ex ãpate calido tñ: ꝛ signa eius sunt sitis ꝛ febris ꝛ vomitus colere: ꝛ flatio maxima in superioribus vẽtris: ꝛ pulsatio in ventre: et si sit fortior euomit infirmus fecẽ: et fit anhelitus ei⁹ fetidus: et qñqꝫ est eructuatio eius fetida: et totũ corpus siꝉr et est colica q̃ noĩatur yleos: cuius expõ est: dñe miserere: ꝛ o q̃ꝫ parua est eius cura si ꝯfirmeꝛ: in initio aũt rei oportet vt flobotomeꝛ basilica: deinde saphena: deinde deꝛ aqua endiuie: ꝛ aqua folioꝝ aneti: aque folioꝝ altee: cuscute humide: et aque foliorũꝫ malue in qua dissoluta est medulla cassiefistule. et fundaꝛ desup oleũ amigdalarũ dulciũ: et liniatur locus cum oleo anetino et camomillino: et sorbeat ex iuribus herbarũ leniũ: et ex decoctione ciceris et aneti et cõforteꝛ cum odoriferis: et aqua pulloꝝ: ꝛ clysterizeꝛ cũ aqua ordei ꝛ altee et rob: et si fortior sit inflãmatio clysterizetur cũ aqua ordei: ꝛ albumie oui. et mucillagine psilij et clysteri infrigidãte qꝺ narrabo: et sumat in potu mucal-

laginem psilij:et aquã citroli:ꝛ similia de his q̃ extinguũt donec sedet̃ inflãmatio:deinde redeat ad leniendũ apa cũ lenitiuis:sicut sunt mucillago fenugreci:et semis lini et rob et altea et oleum sisaminum et oleum amigdalinũ.
¶ Et fit etiã ab humorib⁹ malis adherẽtib⁹:ꝛ fit cũ ea vomit⁹ frequẽs:ꝛ nõ quiescit qd est in ꝯcauitate vẽtris:ꝛ inueniũt pũctura ꝛ dolor:ꝛ aq̃ ĩ supiorib⁹ vẽtris ei⁹:ꝛ cõmouetur post comestionẽ.ꝛ nõ sedat̃ nisi cũ vomitu:ꝛ sunt cũ ea tristitia ꝛ frigus extremitatũ qñqꝫ. ¶ Et cura ei⁹ est cura yleos et trocisci stelle ſm ꝙ dixim⁹ in cura stõi. ¶ Et fit etiã ex tortiõe intestinoꝝ supioꝝ ꝛ exiccatiõe stercoris in eis. Et cura ei⁹ est syru. vio. cũ scamonea et oleũ amigdal'.
¶ Colica aũt vẽtosa est sicut illa que accidit ex cibis inflatiuis:cui⁹ signa sunt ꝙ est rugitus in vẽtre:aut augmentũ qd non sanat̃ nisi cũ desup vehementer cõprimit̃:ꝛ dolor difficilis ledens in vmbilico:ꝛ eructuatio difficilis pl'ime q̃titatis ꝛ retẽtio ventositatis:ꝛ si egerſit ex ea aliqd non egredit̃ cũ q̃titate q̃ sedet dolorẽ vehementẽ ꝛ qñqꝫ est cũ hoc lenitas. cũ ergo inueneris ventrẽ lenem aut equalẽ et dolorẽ vehementẽ:tunc colica erit vẽtosa fortis. Si ergo fuerit post multũ vsum fructuũ ꝛ herbarũ:tũc cura ei⁹ erit vt in potu detur de el'ario diaciminũ cũ aqua in qua bulita sunt ciminũ ꝛ carui. ¶ Si ergo sufficit bñ est. si nõ. tunc detur ei confectio de granis lauri. et si fortior sit dolor in dispõne:tunc detur ei philoniũ. et detur ei in potu vinũ purum vet⁹ dũ est ieiun⁹. ꝛ sit calefactũ:ꝛ calefiat mirac eius et ligetur super ipm panus. et ꝓlonget somnũ:ꝛ nõ comedat aliqd tribus dieb⁹ si põt illud tolerare:ꝛ si non põt tolerare comedat bucellã pãnis infusi in vino veteri:ꝛ nõ bibat aquã frigidã:dolor nãqꝫ cõmouet̃ post potũ eius et si iam sedata fuerit:tũc ingrediat̃ tinã qñ cõmouet̃ dolor. ꝛ exeat quãdo debilitat̃. ꝛ inũgatur vẽter cũ oleo qd exugit ventositatẽ ex eis que diximus. ꝛ suspendat̃ sup eũ ollula parua cum igne. et clysterizet̃ cũ clysteri qd exugit ventositatem ꝛ superponat̃ suppositoriũ quod exugit vẽtositatẽ ex eis que dicemus:ita vt cũ sedeat̃ dolor totus redeat ad cibum paulatim. ꝛ comedat ex iure alifedẽbegi et deuitet aquã frigidã dieb⁹ multis. et ponat in vino suo galliam ꝛ

sit purū vinū suū. ꝛ caueat ab herbis ꝛ fructib⁹ hūidis. et granis inflatiuis: ꝛ p̄cipue a piris et moris rubi. ꝛ cucurbitis ꝛ citrolis. ꝛ grisomil'. et similibus et caueat plurimam comestionē vini colati et adusti. et similiter est cura ei⁹ qui ex multitudine cibi est. ¶ Illa xͦo que fit ex coartatiōe vētositatis inter duas tunicas intestinoꝝ. Signa sunt vehementia doloris. et ꝙ non egreditur vētositas ex ea oīno: et ꝙ non rugit per cōpressionē factā desuper. et ꝯfert huic cura tota: et precipue abstinentia a cibo et appensio ventosarum et vaporatio super locū doloris et vinum purum. ¶ Illius qui fit ex flegmate qđ paulatim resoluitur ꝛ inflat signa sunt ꝙ sedatur dolor quādoqꝫ ꝛ cōmouetur post duas horas aut tres. et qñqꝫ cōmouet eam vaporatio. cū ergo vides dolorem vehementē post vaporationē. tunc dimitte vaporationē. et precipue infirmo vt prolonget somnum ꝛ calefaciat mirach: dimittat cibū dievna. deinde vaporetur: et suspendatur ollula cum igne. Si ergo sedatur dolor, tunc illud est cōueniens. et si cōmouetur administretur somnus et minoretur cibus vt et digeratur id flegma totū. et exiccet̄ ꝛ resoluat̄ paulatī: et non redeat. ¶ Illius vero qui fit ex mel'ia que effundit̄ ad ventrē ꝛ inflat ipsum signa sunt acetositas eructationis ꝛ inflatio vētris subito cū dolore vehementi. Et cura eius est in hora paroxismi: ꝙ decoquātur cū forti aceto calamentū et ciperi: ruta origanum: grana nigra et fiat vaporatio cum eis: ꝛ traiiciat aquam calidā in qua decocta sunt ciminū et carui. et clysterizetur cū clysterib⁹ exiccatiuis vētositatis in hora aūt in qua non est paroxismus fac eū assiduare potū decoctionis epithimi. et omnium que educunt melancoliam.

¶ Et quandoqꝫ fit a multitudine serpentiū et vermium in ventre et transuersentur in eo et inuoluuntur in stercore et generantur a continuatiōe satietatis nauseatiue ꝛ comestione ciborum putrefactorum et sunt trium specierū longi qui sunt in intestinis superiorib⁹ gracilibus. et lati qui sunt in intestinis grossis inferiorib⁹ ꝛ noīantur semina cucurbite et xmes parui q̄ sunt plurimi in intestino recto qđ sequit̄ anus. ꝛ significatio eoꝝ est multiplicatio cibi: et qñ non comedit: mordicant: ꝛ accidūt a multitudine eorum

in ventre accidentia mala timorosa. Et cura illorum est eductio ipsorum cum eis que interficiunt ipsos ex medicinis amaris. longos vero interficit absinthium: latos vero interficiunt sceha et lupini amari et narciscus et alebrengi et decoctio eius cum bibitur. Illa vero que sunt in ano curantur cum inuoluitur lana in felle taurino et supponitur. ¶ De egritudinibus renum. C.lxx.

Egritudines renum sunt apata: lapis caliditas: maties: debilitas eruptio sanguinis et difficultas vrine facta ex eis. ¶ Lapidis vero in renibus signum est quod dolor eius est similis dolori colice. et illud quando natura cum eo constringitur et commouetur nausea: et inuenit dolorem in ylijs: et oportet vt distinguatur inter ipsum et colicam per vrinam. cum enim est in ea sicut arena. aut de consuetudine est egri. vt migat post huiusmodi dolorem lapidem: aut iam minxerit ante illud per aliquot meses vrinam nigram cum qua fuit dolor in catin. tunc est lapis. et si non fuerit aliquot horum signorum: tunc dolor post satietatem nauseatiuam est signum colice: et nausea: cum colica plus est. et locus doloris in ventre in colica est amplior: et ad interiora decliuior. In lapide autem qui est in renibus locus eius minor ad posteriora decliuior. ¶ Item dolor colice permutatur: dolor vero renum non permutatur. et iterum significatio lapidis renum est dolor in catin. et ylijs et emunctorijs cum grauitate et opilatione. ita vt quasi sit suspensum in eis aliquid. Et cura lapidis in renibus in hora comestionis doloris est vt ingrediatur eger tinam et inungat dorsum et ylia cum oleo alcheiri temperata inunctione et commoueat alchatim. et equiter animal non suauiter incedens aut saliat super pedem vnum. et descendat de gradu in gradum donec descendat lapis in vrinam. et si non sufficit hoc sumat in potu medicinas frangentes lapidem in renibus. et redeat ad regimen in re sua quod est aliud ab isto. et emplastretur catin. et ylia cum artetica. et cartamo. et semine caul. corticibus radicis capparis decoctis. et dabis eis post ea in potu medicinas frangentes lapides in renibus: et ante eas etiam oleum amig. et aquam maluarum. et precipias ei vt saliat post illud: aut descendat de gradu in gradum. et da ei in potu medullam cassiafi. cum oleo amig. illud ei lubricum facit lapidem. Cum ergo egreditur lapis in vrinam et non sequitur ipsum mictus sanguinis. tunc est

incolume.et plurimũ illius fit cum lapis est lenis paruus.
¶ Et qñqȝ sequitur ipm mictus sanguinis. cuius cura est vt detur infirmo de medicamine conferēte excoriationib⁹ renum et emũctorioꝝ et flobotometur basilica vsqȝquo sanetur. et qñqȝ peruenit lapis in meatu virge:et illud fit qñ est ei magnitudo.et accidit vt egrediatur in latitudine. quare tūc ponatur virga in aqua calida.aut embrocetur cū aqua ⁊ oleo calīs.et infundatur in meatu oleū viol̄. cum mucillagine altee.et fricetur locus in quo cōtinetur lapis et expellatur ad interiora vice vna post aliā donec egrediatur.ꝙ si dolor fortior fiat.et locus apostemetur:et nō egrediatur hac curatōe: tunc inferius scindatur virga et extrahatur. ¶ Custodia vo a lapide ante generationē in renibus est ꝓpter dimissionē ciborū viscosorū sicut casei ꝓprie et panis azimi et dulciū grossoꝝ:et assiduationē seminū mnndificantiū renes.⁊ syrupi acetosi pluriū seminū et medicinarū que frangũt lapidem. et lenificatiōe ex eis q̄ dicem⁹:et abstinētia a lōgo somno sup collū ⁊ lōgitudine stricture cinguli ⁊ multitudine eq̄tatiōis ⁊ labore dorsi:et vtatur vomitu cū est repletio.
¶ Apostema autē in renibus sequitur in principio sui febres permixte non habētes paroxismū cum horripilatōe: et sentit infirmus cum iacet quasi grauitatē suspensam in catin suo.¶ Et cura eius est si caliditas febris que est cum eo fuerit vehemētis fortitudinis quod fortasse non fit nisi raro:flobotomia basilice et dare in potu aquam ordei et medicamē de seminib⁹ frigidis:et sumere in potu aquam citrolorum et aquā melonū indorum. ¶ Cum ergo feceris illud hebdomada vna et lenitur febris et non sanatur infirmus:tunc incipe aliam curā.¶ Et illa est que fit qñ cuȝ eo non est febris caliditas plurima: et da ei in potu semina maturatiua ex eis q̄ dicemus: sicut seminis altee.se.lini ⁊ similia:et fac emplastrū alchatim cū fenugreco:et altea:⁊ emplastris maturatiuis ex eis que dicemus.¶ Cūqȝ sedatur dolor totus et remanet grauitas:tunc p̄cipue infirmo vt saliat et vt descēdat a gradibus cū velocitate ⁊ cōmoueat catin suum:et percute ipm si non incipit mingere saniem. Si vero mingit excusaberis ab hoc.Cum ergo mingit saniem tunc incūbe super ipsum cum seminibus mūdifican=

tibus vice vna et cõsolidatiuis vlcerũ renũ vice altera do‑
nec sanetur. ¶ Apostema vero in renibus cõuertitur ad vnũ
triũ modorũ: aut enĩ exiccatur et sanatur eger: aut collectio‑
nem facit saniei et mingit eam: aut fit apostema durũ quod
est deterius eorum: et signa eius sunt quod remanet grauitas
cum aliquanto dolore in catin et minorat quãtitas vrine
et incipit venter inflari: et fit ydropicus secũda die. Et cu‑
ra eius difficilis est: curatur tamẽ secundum dispositionẽ cũ assidua‑
tione emplastrorum resolutiuorum suppositorũ alchatim et dor
so: et sumat in potu semina lenientia ex eis que dicemus.
¶ Illius autem que fit ex caliditate renũ et est diaria vri‑
ne signa sunt sitis fortis assidua: et non humectatur os cũ
ea hora aliqua: et mingit semper post potũ aqua et vrina
est alba subtilis quasi sit aqua: et extenuatur corpus et mi
noratur caro eius: et si non succurratur cõuertitur cito ad
ethicam. ¶ Cura est in principio sue inceptiõis vt sit in lo‑
co frigido humidi aeris: et dormiat supinus super terrã et
super lectos frigidos et ingrediatur ter in die in aquã frigi‑
dam: et emplastrentur inferiora dorsi cũ psilio cõquassato
cũ aceto et sandal. et aqua ro. et sumat in potu de trociscis
diabetis et aqua granatorũ acetosorum: et sint cibi eius ex
sumach: agresta et sil'ibus. et sumat in potu aquã ordei cũ
oleo amigdal. et dimittat omne quod vrinam prouocat et
sorbeat sorbitionẽ factã ex amilo et oleo amig. et zuccaro
et teneat in ore pillulas sitim sedantes: aut frustum masal
aut aliquid acetosum vt sedetur sitis eius.
¶ Maciei autẽ renum signa sunt dolor in dorso non fortis
cum extenuatione corporis et paruitas desiderij coitus et
multitudo vrine et albedo. ¶ Et cura eius est regimẽ impin
guans corpus et dilatatio in cibo et enemata vnctuosa et
comestio medullarũ cum zuccaro et omnes cibi et medici
ne que addunt in spermate ex eis que dicemus.
¶ Debilitatis autem renũ signa sunt quod mingit sicut lotu‑
ram carnis cum dolore in dorso: paucitas appetitus coitus.
¶ Cura eius est flobotomia basilice in latere in quo senti‑
tur dolor. ¶ Si vero dolor magnus sentitur tunc fiat in la
tere dextro: et dentur in potu medicine conferẽtes mictum
sanguinis et emplastretur alchatim cum medicinis infri‑

gidantibus et cōfortantibus renes sicut rosis ꝛ sandalis et acatia:ꝛ ramich:ꝛ myrtho:et eoꝝ inunctio fit cum oleo rosꝫ.et sisamino. ¶ Sanguinis aūt eruptionis ex renibus signū est ꝙ mingit subito infirm⁹ sanguinē plurimū exuberantē:aut post percussionē super locū renum:aut ꝓpinquū ei:aut post comestionē cibi acuti. ¶ Et cura eius est flōmia ex basilica:deinde medicina cōferens mictui sanguinis.

¶ De retentione vrine. Cap.lxxi.

Hoc fit propter egritudinē in emūctorijs aut propter egritudinē virge:et egritudo aut est lapis in meatu virge:aut caro nata:aut opilatio sanguīs aut saniei. ¶ Signa itaqꝫ eius qđ fit ex emunctorijs sunt grauitas in dorso:ꝛ repletio vesice ex vrina:cuius cura est sumere in potu medicinas que frangunt lapidem.

¶ Et signa eius q̄ fit ex opilatione meat⁹ virge sunt repletio vesice ꝛ inflatio ei⁹:tensio vt chorda ꝛ grauitas q̄dam in pectine ꝛ ancha cū dolore vehemēti ꝛ tēsione supflua.

¶ Et fit aut ꝓpter lapidē obsessum:aut ꝓpꝫ apostema:aut propter carnē natam:aut propter opilationē sanguīs et saniei:et iam diximus signa lapidis et curam eius.

¶ Carnis autē orte signū est ꝙ fit ſm plurimuꝫ post vlcera accidentia in hoc meatu et non ꝓhibet totam vrinam:sed modicū eius:ꝛ quādoqꝫ est inceptio exitura similis veruce in hoc meatu.qđ ergo ex ea est in emunctorijs curationem non habet. et nō medicatur nisi cū tina et ex pillulis lenificantibus ex eis q̄ diximus in apostemate duro.ꝛ vt liniatur meatus et dilatetur:q̄re egreditur vrina cum facilitate ꝛ difficilis fit exitus vrine in hac dispōne quando spissatur et induratur:sed qđ est in meatu virge quādoqꝫ egreditur cū eis que mingere faciūt. ¶ Opilatio aūt sanguinis et saniei.si post mictum sanguinis et saniei.

¶ Et cura eius est si fuerit in duob⁹ emūctorijs vt sumat in potu medicinas que frangūt lapidem:et si fuerit in meatu virge euacuetur et moueatur cū facientib⁹ mingere.

¶ Apostematis autē in vesica signa sunt febris: valde fortis caliditatis adustiua et vehementia doloris et pūctura in vesica. ¶ Cuius cura est flōmia basilice et potus aque ordei et embrocatio vesice cum aqua tepida : et inunctio

cum oleo vio.tepido.Et quãdoqȝ fit difficultas vrine ex la-
pide cadente in ore meatus nõ in meatu.ꝛ signũ eius est ꝙ
cuȝ proieceris infirmũ suꝑ dorsuȝ suũ ꝛ leuaueris pedes eius
ad supiora et vehemẽter eum cõmoueris egreditur vrina:ꝛ
istud sine cessatiõe fiat:ita donec egredit lapis:aut frange
cum cũ medicinis que frangũt lapidẽ in vesica. ¶ Et qñqȝ
fit difficultas vrine ex mollificatiõe lacerti vesice:cuius si-
gnũ est ꝙ habẽs eam mingit cũ facilitate: qñ suꝑ vesicã fit
compressio:ꝛ eius cura est inũctio eius cum oleo nardino:
ꝛ costina ꝛ castoreo.¶ Et qñqȝ fit difficultas vrine post ve-
hemẽtem retẽtionẽ vrine:ꝛ signũ est ꝙ si fiat ꝯpressio super
vesicam egreditur vrina tunc.¶ Et confert quidẽ pluribus
modis difficultatis vrine introitus in quã calidam in aqua
decocta sunt folia cauliũ humida.ꝛ cartamũ.fenugrecũ:et
rubea tinctorũ:ꝛ emplastra pectem ꝛ alchatim cum eis:et
conferunt quidem medicine ꝓuocantes cum vesica est va-
cua:et nocent vehementer cum est plena.

¶ De fluxu vrine inuoluntario. Cap.lxxij.

Fit autem ex multitudine humiditatis cũ calidita
te aut frigiditate: et cursus vrine cum caliditate.
cura est hoc medicamen.℞.se.coriandri assati in-
fusi in aceto vini die ꝛ nocte partem vnã:emblici:sticados:
boliar.glandiũ siccarũ: charabe lentium excorticatarum
partes equales cum coriãdro sumat puluerẽ ex ea mane et
cero pondere.ʒ.iij.¶ Et curetur cursus vrine cũ frigore hoc
medicamine.℞.glandiũ siccarũ.ʒ.l.thuris.ʒ.xxx.myrrhe.
ʒ.vi.granorũ machaleb.acori.ciperi.ana.ʒ.x.sumatur pul-
uis ex eo mane et sero.ʒ.iij.cum rob.et inungatur pectem
cum oleo deben aut cũ oleo in quo decocta est ruta in quo
diruptũ est castoreũ ꝛ euforbiũ.¶ In diaria vero vrine que
est diabetes iam diximꝰ curã in antidotario ꝛ almãsore.

¶ De distillatione vrine. Cap.lxxiij.

Accidit exitus vrine inuolũtarius paulatim.ꝛ est
duarũ specierũ aut cum adustiõe aut sine adustio
ne:ꝛ est aut ex hũiditate cõplexionis:aut ex debi
litate vesice ꝛ cõfert illi que est sine adustiõe retentor vrine
calidus ꝛ comedere ficus ꝛ vuas passas ꝛ sazeneam confe-
ctã in trifera que sit in dosi pondus.ʒ.iij.trifere ꝛ medie.ʒ.

sagzenee. ꝛ administret illud vsquequo sanet: ꝛ dimittat cibos frigidos ꝛ hũidos post euacuationẽ corpis a flegmate.
¶ Illius autem que est cum adustione confert retentor vrine frigidus compositus cũ eo quod glutinationẽ facit post euacuationem corporis ex colera ru. ꝛ dimittat cibos calidos ꝛ siccos. ¶ Illius autem que fit ex debilitate vesice cura est comedere electuaria aromatica calefacta et inungere pecten cum oleo nardino et oleo de costo: ꝛ emplastrare femur cum emplastro facto ex spica et cinamomo et gallia cum cera dissoluta cum aliquo oleo.

De adustione vrine. Cap̄. lxxiiij.

Quandoq₃ exit vrina sine distillatione et nõ egreditur sine voluntate sed voluntarie cum adustione vehementi: et est duarum specierũ aut cum sanie aut sine sanie. Illius que est cum sanie ꝛ est a renibus ꝛ partibus eorum iam diximus curam. Illius autem que est a vesica dicemus in capitulo vlcerum vesice.
¶ Adustioni autem vrine facte sine sanie conferunt illa que sunt similia auellanis facta ex seminib⁹ ꝛ iulep. ꝛ syru. vio. ꝛ mucillago psilij. ꝛ rob. ꝛ aqua alkisc. ꝛ cauere a salso: acetoso ꝛ acuto: ꝛ coitu. ꝛ labore. ꝛ assiduet introitũ in aquam tepidã: ꝛ sorbeat oua sorbilia leuia: ꝛ oleũ amigdalis: ꝛ comedat ius galline pinguis cum kisch ꝛ cucurbita.

¶ De lapide in vesica. Cap̄. lxxv.

Lapis in vesica fit infantibus plurimũ ꝛ cõsistentibus in renib⁹: ꝛ signa lapidis in vesica sunt albedo vrine ꝛ subtilitas eius: et fex arenosa post conturbationẽ eius: ꝛ erectio virge: ꝛ ꝙ puer plurimũ scalpit ipsam: et laborat cum ea: ꝛ retentio vrine et difficultas exitus eius cum dolore vehementi ꝛ exitus ani: ꝛ huiusmodi sunt species diuerse substantie: et alius est qui frangitur cum medicinis: ꝛ alius est qui non frangitur. quapropter oportet vt experiaris ipsum cum medicinis longo tempore ante scissionem. ꝛ ex eis que frangunt eum est omnis cibus incisiuus sicut oliue immature ꝛ capparis humida: ꝛ ficus. et cicer nigrum. et alcorsif. et ex medicinis sunt costus. cassialig. spica. piper. ciperi corti. radic̄. capparis. amigdalis amar. cinis scorpionum adustorum. oleũ de scorpionibus.

sanguis hircinus.vitrum adustum: cancri adusti.et medi
cine frangentes lapidem ex eis que dicemus.Et hoc medi
camen frangens lapidem sua proprietate mirabili.¶ ℞.ci
neris scorpionum adustorum: lapidis iudaici lapidis spon
gie.ana partem vnam: aggregentur cribellata.sitq; do=
sis.ʒ.i.keel cum vino albo subtili: aut cū aqua mell'.⁊ tunc
hec cura est fortior cum datur hec medicina: et sit cibus
eius ex eis que diximus: et distillet in foramen virge oleū
de scorpionibus: et inungatur.¶ Si ergo medicatus fue=
rit hac cura per mensem et non videris vrinam prouocari.
⁊ infirmus nō inuenit alleuiationē: aut non ꝓgreditur are=
na in vrina: tunc scias ꝙ lapis est durus planus nō obediēs
ad frangendū: ⁊ dolor huius cum mingit est minor.tunc er
go curet cū ferro: ⁊ nō oportet vt dimittat cū eo post men=
sem.quoniā producit egrum ad ethicam cum assiduatione
doloris: ⁊ quandoq; vulnerat vesicā cum hoc.tunc ergo in=
cipe ad extrahendū ipsum: ⁊ oportet qn̄ cōmouet dolor vt
administretur introitus cum aqua calida: ⁊ emplastra vesi
cam ⁊ inunge ipsam cum eis que diximus in lapide renum
vt alleuietur dolor et non prouocet egrum ad ethicam.

¶ De scabie vesice. Cap.lxxvi.

EIus signū est adustio vrine cū rebus similibus fur
furi cum in ea extenuatiōe corpore: ⁊ cura eius est
aqua ordei balneum leue post aquam ordei: ⁊ post
cibum leuē: ⁊ iura pinguia ⁊ potus olei amigdal'.⁊ fac ene=
ma vesice cum mucillagine granorū citoniorum: aut cum
lacte mulieris et oleo rosato et omnia que diximus in cura
adustionis vrine que est sine sanie ⁊ sanguine.

¶ De apostemate vesice. Cap.lxxvij.

APostema qđ in ea plurimū accidit est calidū.cu=
ius signa sunt dolor vehemēs cum pūctura in ve
sica: ⁊ retētio vrine cū febre calida adurēte: alie
natio et nigredo lingue.¶ Cura eius est flobothomia ⁊ oīs
cura birsen.⁊ liniatur vesica semꝑ cū oleovio.vsq; ad tres
dies.deinde cum oleo camomillino: ⁊ nō emplastret cum
rebus frigidis: neq; cum rebus stipticis: immo emplastret
cum sisamo scorticato ⁊ lacte dulci: ⁊ pane simulagineo cū
lacte: cum ergo sedat dolor ⁊ preterit vna hebdomada em=

plastret cum leuib⁹ resoluētibus ex eis que dicemus.sicut camomilla: semine lini farina fabarū cōfecta cū rob:ꝛ res in ipso post illud cōuertit:aut ad sanitatē:aut ad saniē: aut ad apostema durū. Si ad saniē cura eius est quā diximus in cura renū:ꝛ quam dicemus in vlceribus vesice:ꝛ si con uertit ad apostema durū: tunc cura eius est illud quod diximus ꝛ dicem⁹ nūc i apatib⁹ duris i vesica ꝛ signa ei⁹ sunt q̄ fit post apostema calidū:ꝛ post ꝑcussionē ꝛ casum:ꝛ appet tactui apud cōmissurā que est inter testiculos ꝛ anū cum est magnū:ꝛ difficil' est exit⁹ stercoris ꝛ vrine.Et cura eius est sumere in potu medullam cassiefi.et olemu amigdal super aquam seminū ꝓuocantiū vrinā: sicut melon.semen.feni. apij et capilli veneris:et sorbere aquā caul'.ꝛ aquam ciceris cum oleo amig.ꝛ emplastretur locus apatis si apparet: ꝛ si non.emplastret commissura:ꝛ vesica ꝛ pectē cū empl'is que diximus in cura renū:et cum empl'o quod resoluit apa durū in vesica:ꝛ line ipm cum oleo calido:ꝛ inunge ipsum semp:ꝛ fac ipsum assiduare tinam in aqua decocta sunt radices capparis ꝛ camomilla:ꝛ radices vio.ꝛ altee.

¶ De vlcerib⁹ in vesica ꝛ intra virgā ꝛ renes. Cap̄.lxxviij.

Cum vlcera sunt i vesica egredit ante vrinā sanies: ꝛ inuenit eger dolorē cū mingit in loco vlceris:cū autē sunt apud vesicā egredit sanies ꝑmixta vrine et inest ei fetor.¶ Cura amborū simul est sumere trociscos alkekengi:ꝛ aquā mellis vice aliqua:ꝛ medicamen.cōsolidatiuū vlcerū in vesica vice alia:ꝛ vt iniiciat in vesica colliriū albū cū lacte cum dolor est vehemēs:aut cū aq̄ mellis ꝛ ficuū cumē sordities plurima:ꝛ cōfert ei quod est in meatu ꝓprie id qđ iniicit in ipm plusq̄ id quod bibit.¶ Et confert qđē vnguētū cōsolidatiuū ei cui⁹ vlcus ꝑuenit ad interiora:hoc nāq̄ vnguētū cōfert cū deforis cū eo linitur vlceribus cōcauitatis vētris.¶ Ulcerū aūt renū signū est dolor in dorso:vesice vero in pectine ꝛ difficultas vrine:ꝛ qđ egreditur ex vlcerib⁹ in renib⁹ est frustū carnis paruū:ꝛ ex vlcerib⁹ vesice cortices:ꝛ dolor in ea est vehementior dolore in renib⁹:et sentit in ambob⁹ laterib⁹ sil'e grauitati:ꝛ hec est dr̄ia inter vlc⁹ renū ꝛ vesice.ꝛ qn̄q̄ est vlcus in meatu q̄ est inter renes ꝛ vesicā.Et cura horum vlcerum est cura vna.

¶ De diminutione coytus. Cap. lxxix.

Sit propter desiderij debilitatem: aut propter mollificationē instrumenti. Et desiderij quidem debilitas fit: aut propter debilitatē in corpore ꝛ paucitatē nutrimenti ei⁹: aut absq; debilitate: et cū est sine debilitate corpis. et cū sufficiētia cibi est aut ꝑpter paruitatem spermatis: et profunditatē eius: aut propter quietē eius: ꝛ ipsi⁹ coagulationē: aut ꝑpter siccitatē instrumēti: aut ꝑpt frigus: aut ꝑpter lōgitudinē abstinētie a coitu: aut ꝑpter accidens aīale: sicut est pauida sollicitudo: timor: tristitia: angustia: castitas. ¶ Et ista mollificatio fit aut ꝑpter cām aīalem sicut extimatiōe et timore: et ꝓhibet illū erigi: aut ꝑpter lōgitudinē abstinentie a coitu mēbrū enī contrahit̄ tūc et detumescit: aut ꝑpter paruitatē sanguīs: aut ꝑpter paruitatē vētositatis: aut ꝑpter aliq̄d qd est de genere paralisis in neruis qui veniūt ad virgā: ꝛ cū debilitas desiderij coitus cū attritiōe corpis: ꝛ extenuatōe ꝛ debilitate ei⁹ et citrinitate coloris ꝛ paucitate cibi. Tūc cura ei⁹ est ꝯfortare corpus cū regimine cōualescētiū ꝛ additiōe cibi et potus. ꝛ rebus odoriferis. ꝛ somno: ꝛ dimissiōe coit⁹: et si laborat q̄libet labore dimittat quousq; corp⁹ redeat ad suā dispositionē cū gaudio ꝛ exercitio equali tardo et similia.

¶ Si autē corpus cū hoc fuerit forte ꝛ abundantis carnis et nō diminute: tūc illud erit: aut ꝑpter paucitatē spermatis: aut ꝑpter quietē spermatis ꝛ paruitatē mordicationis eius. Et paruitas spmatis est aut ꝑpter siccitatem ī instrō spermatis et extenuatione in ipso: aut propter frigus.

¶ Signa eius q̄ est ex siccitate: est paucitas exit⁹ spmatis apud coitū et ꝑuitas ei⁹. Et cura ei⁹ est iuuamētū qd fit cū balneo: et introit⁹ in aquā calidā: ꝛ satiari cibis hūidis. sicut herbis lacte et vino plīme cōmixtionis: deīde dilatari in cibo p̄cipue humectante: sic̄ pisces recentes cū comedūtur assati et comedit̄ cū eis cepe crudū: et pulli: et gallinæ ꝛ pulli colūbini pingues: vinū plurime cōmixtiōis: ꝛ comedere dactilos: infusos in lacte: et bibat vinum dulce ꝛ sorbeat vitella ouoꝝ sorbilium et medicamē de tereniabin ꝙ addit in spermate etiā. Et qū est ꝑpter frigus tūc signū est ꝙ sperma est plīmū apud coitū et subtile difficilis exitus.

¶ Et cura ei⁹ est cū oī eo qđ calefacit: et assiduatio zinzib. ꝯditi: et macropiperis ꝯditi: et ꝯfectio cal'a q̄ addit in coy=tu et spmate. Et qñq₃ fit ꝓpt aggregationē ambarū intentionū. sc₃ friditatis et siccitatis. ⁊ signa ei⁹ sunt paucitas spmatis: et difficultas exit⁹ eius et paucitas carnis et sanguinis. Et cura eius sunt oēs cibi cū q̄bus sunt grossitudo et calefactio et inflatio sicut cicer et caro pinguis cū cepis et triticū coctū quousq₃ sit q̄si plus ⁊ cerebella cu₃ sunt cū zinzi. et pipere ꝯdita: et ꝓprie cerebella puarū auiū: et dia=spermatō qñ assiduat et se cacul et baucie ⁊ cicer infusum in aq̄ et fabe cū comedunt cum carne salita et altit. i. assa dulcis. ¶ Quietis v̄o spermatis et ꝯgelationis ei⁹: ⁊ paucitas mordicatiōis ipsi⁹ et signa ei⁹ sunt ꝙ est casu deside=rij: et egredit cū fit coitus spma plurimū ꝯgelatū grossum ¶ Et cura eius est oē qđ diximꝰ ex eis q̄ calefaciūt sperma sicut medicamē cal'm addens in spmate: ⁊ clistere ipinguatiuū et calefactiuū ⁊ inunctiones cal'e et suppositoria cal'a ¶ Eius autē que fit ex estimatiōe: solicitudine: et angustia et timore: et ꝯsilio aiali: sicut castitas aut elōgationes assiduatiōis ⁊ dimissiōis coit⁹. ¶ Cura est cū expulsiōe illi⁹ cōsilij aīa. Mollificatiōis aūt instrumēti q̄ est cū extenuatiōe corpis toti⁹ et debilitate eius. Cura est cura viuificās quā diximus cū illo instr̄o: et vnctio eius cū reb⁹ calidis q̄s diximus. ¶ Et illi⁹ que est ꝓpter paruitatē inflationis et in inferioribus vētris. Signū est puitas erectionis cū priua=tione inflationis et v̄tute corpis. ¶ Cura eius est oē quod inflat sicut vua et fabe cū comedunt cū sale ⁊ altit ⁊ lac recens qñ bibitur cum cinamomo et repleri ex cibo ⁊ medi=cine coitus nō calide ex illis q̄ dicemus. ¶ Illius v̄o q̄ est ꝓpter frigus in neruis virge: signū est ꝙ sperma abundās est subtile: et facile egrediēs et desideriū ꝯstans. Sed ere=ctio in seipsa est debilis. ¶ Et cura sunt clisteria calefaciē=tia virgā et suppositoria calefaciētia ipsa₃ ex eis q̄ dicem⁹.

¶ De nocumento qđ fit ex multitudine desiderij coi=tus et spermatis. Capit. lxxx.

Fit illud propter multitudinē sanguinis: cuius si=gna sunt virtus corpis ⁊ rubedo coloris ⁊ pauci=tas debilitatis sup multitudinē coitus ⁊ pollutio

nis. Et cura eius est flōmia et solutio ventris et minoratio cibi et facere ipm declinare ad acetositatē: et bibere aquā iuiubaꝝ et vti lentib⁹ et aggresta: et ḡnatis acetosis et comedere cipiū cōgelatū et lactucas: et intinctio in aceto: et pot⁹ syrupi acetosi: ⁊ admistratio medicaminis frigidi minorātis sperma et emplo dorsi cū eis qb⁹ infrigidet et dormiat sup ea. ¶ Et fit ex acuitate spermatis: et signū ei⁹ est ꝙ ipsum debilitat hoīem cū ipsum egredit: et egredit cū velocitate et mordicatione et nocumēto et aduenit cum eo adustio in vrina. Et cura ei⁹ res humectātes et infrigidātes sicut cucurbita portul. lactu. bliti. lac acetosuꝫ. ⁊ administratio hui⁹ medicamenti frigidi qd diximus: et introitus in aquā frigidā et potare lac acetosum: ⁊ lac de quo extractū est butyrū etiā. ¶ Et fit ex multitudine humiditatū preparatarū vt fiat sperma. Et signa sunt exuberātia spermatis ⁊ subtilitas ei⁹ et albedo coloris et mltitudo inflationis. ¶ Et cura eius est medicamē calidū minorans sperma et cibi effugantes ventositatē sicut origanū: ruta calamentū: electuarium dyaciminū: et similia.

¶ De erectione assidua. Cap. lxxxi.

Quandoqꝫ accidit erectio assidua nocēs et perducens ad spasmū ⁊ egritudines assiduas. Cura ei⁹ est si est caliditas flōmia ⁊ q̄ diximus ex illis que minorant sperma qd est cum caliditate: et si adest albedo coloris et paucitas sanguinis adhibeatur medicamē calidum minorans sperma.

¶ De egritudinibus matricis. Cap. lxxxii.

De eis sunt retentio menstruoꝝ: cursus eoꝝ: apostema vlcera: difficultas partus: difficultas ipregnationis: mola: prefocatio: vētositas grossa in ea: fissura diruptio: cancer. Et mēstrua quidē retinētur aut propter paucitatē sanguinis in corpore: aut grossam eius: aut ex multitudine ꝓuocationis lactis: aut ꝓpter egritudinē in matrice sicut apa. Si ex paucitate sanguis signa sunt extenuatio et citrinitas coloris: et q̄ fit post egritudinem et tristiciā: et ieiuniū: et vigilias: ⁊ laborē: et habitationem in locis calidis. ¶ Cura est dilatatio in cibo ⁊ potibus frigidis: et addentib⁹ in mēstruis: et somn⁹ ⁊ balneū.

Uerū facte ex grossitie sanguinis et frigorem eius. signa sunt mollities corpis et multitudo pinguedinis.
¶ Et cura eius est medicamē subtilians et cibari aqua ciceris nigri et albi cū aneto: cimino: oleo: et dimittere medicinas stipticas ⁊ cibos acetosos ⁊ igrossatiuos: ⁊ vti medicinis prouocationibus menstrua. s. leuiore prius deinde media: deinde fortiore: et ventosis cruris añ horam egritudinis duob⁹ diebus et flobothomia safene est ex eis que prouocant menstrua: sed flobothomia manus abscindit ea et quandoqꝫ prouocat menstrua positio ventosarum super sumen ⁊ suppositoria ꝓuocantia menstrua ex eis que dicemus et suffumigatiōes. ¶ De fluxu menstruoꝝ. Ca. lxxxiij
Fit ex multitudine sanguinis in corpore et acuitate eius et subtilitate: et fit etiā post difficultatem partus: et ꝓpter emoroydas existētes in matrice et ex ragadijs ex vlceribus malis antiqꝭ: et ꝓpter ꝑcussionem ex dominio hui⁹ humoris in corpore: ⁊ apparet et id in exitu eius ex colere et substantia ei⁹ et qualitate ipsius. Et cura ei⁹ prima est cū eo qđ exħit chimū dominantē: deinde potū medicinarū restringentiū fluxū et cōuenientium ꝯplexoni et etati: et siccantiū corp⁹ absqꝫ cal'itate manifesta ¶ Illius q̄ fit ex multitudine sanguīs. Signa sunt ꝙ corpus cū eo est forte: neqꝫ debilitatꝫ et color est cū sua dispositione: neqꝫ alteratꝫ: et nō opꝫ vt restringatꝫ dū nō alteratꝫ color et nō nocet: ꝙ si nocet: flōmetꝫ basilica: et strigantur radices mamillarū cū instincta. et ponantꝫ sup pect⁹ vētose cū igne. et supponantꝫ colliria retinētia mēstrua et medicīe q̄s dicemus: ex illis q̄ retinēt menstrua: et sedeat in aq̄ frigida: ⁊ sit cibus ex stipticis ⁊ acetosis: ⁊ pot⁹ sit aq̄ veri frigoris ⁊ abstineat a vino. ¶ Illi⁹ aūt q̄ fit ꝓpꝫ subtilitates ⁊ acuitatē sanguīs sunt signa: debilitas corpis ⁊ alteratio coloris et tenuitas eius qđ dixit de sanguine. ¶ Cura regimen qđ est añ hoc p̄ter ꝙ nō fiat flōmia: et ꝯfert admīstratio ciboꝝ: et potuū acetosoꝝ stipticoꝝ: et infrigidātiū: ⁊ ingrossantiū sanguinē sicut granata acetosa: lētes: herber; et sil'ia illis: et ribes: flos salicis de torrēte: ⁊ aggresta: citonia ⁊ sumac: ⁊ opilatiua faciētia glutinationē sicut alfelubegi facti cū amilo: ⁊ zuccaro: ⁊ attriplices: ascanabegi ⁊

sumere in potu restringentia menstrua cum infrigidatione forti et dare in potu quedã rob que diximus.
¶ Illius qui fit post difficultatẽ partus cõferunt oĩa q̃ ingrossant sanguinẽ ex his q̃ dixim⁹: ⁊ sumere in potu trociscos de charabe: ⁊ trociscos valẽtes ad vlcera ⁊ ragadias in matrice et reliquũ regimen quod diximus.
¶ Illius qui fit ꝓpter emoroydas in matrice signa sunt qđ venit cũ periodis aliĳs a periodis mẽstruoꝝ: et cũ repletum est corpus. Et cura eius est flõmia basilice ⁊ sumere ĩ potu trociscos de charabe et clysterizare matricẽ cũ cõferẽtib⁹ emoroydibus in ea. ¶ Ex vlceribus malis signa sunt forte eius qđ currit magnus: et ꝙ est virus subtile nõ cõfirmatũ ¶ Cura est flõmia basilice: deinde clysterizare matricẽ cuꝫ aqua mellis vice vna: et cũ cõferẽtibus vlcerib⁹ matricis vice alia. ¶ Si ꝗ vlcus est recẽs: ⁊ qđ currit ex eo ẽ sanguis cũ dolore pectinis: tũc medicet̃ medicamine incarnatiuo: et si qđ currit est fetidũ virus et vlcus antiquũ: tũc clysterizetur medicamĩe cal'o. ¶ Si ꝓpt̃ ꝑcussionẽ cura est flõmia basilice et sumere in potu trociscos de charabe: et clysterizare cũ medicamine incarnatiuo vlcerũ humidorum.
¶ De vlcerib⁹ matricis ⁊ge vesice ⁊ testiculi. Ca. lxxxiiĳ.
Cum sunt propinqui tꝑis ⁊ nõ est in eis humiditas tunc aloes tritum cũ puluerizat̃ in eis sanat ea: ⁊ tutia exiccat ea vehemẽter. Cũ aũt est in eis humiditas: cõfert cortex pini mascule ⁊ emathites ꝙ si in eis est ꝓfunditas: tunc misceat̃ eis thus minutũ: et si fuerit humida vehemẽtis humiditatis: tũc ꝯfert eis medicamẽ siccum factũ de cãcris cõbustis et cucurbita adusta ⁊ alumine adusto: et q̃ sunt ĩ matrice ⁊ vesica: ꝯfert eis thus aloes ⁊ medicamẽ de chartis ꝯbustis q̃ terunt̃ simul et singularit̃: ⁊ misceat̃ cũ succo arnaglosse: et q̃ sunt sil'ia illi et clisterizet̃ cũ illis. ¶ Ragadiĳs aũt matricis ꝯferũt q̃ ⁊ ragadiĳs ani et sil'r emoroydib⁹ accidẽtib⁹ in matrice cõferũt que emoroydib⁹ ani ex epithimatib⁹: ⁊ vẽtositati grosse in matrice q̃ et ventositati grosse in colica ex suppositoriĳs ⁊ aliĳs disruptioni in matrice q̃ et disruptioni in intestinis ⁊ mirach et testiculis. Illius qđ est ex apate curã dicemus post.
¶ De apostemate in matrice. Cap. lxxxv.

ACcidit ex retentiõe menstruorꝫ:aut difficultate partus:aut pcussiõe supꝫ matricẽ aut tẽsiõe ĩ ea. ¶ Signa apatis calidi omino signa sunt febris acuta sicut febris birsen:nigredo in lingua:dolor capitis et thimia ꝛ catin ꝛ illorꝫ:difficultas vrine ꝛ egestiõis: frequẽtia pulsus ꝛ anhelit⁹. ¶ Et cura eorꝫ siml' est flõmia basilice. ¶ Ex difficultate partus ꝛ pcussione principiũ medicatiõis eorꝫ est vnũ. ¶ Et signũ apatis acuti toti⁹ est febris acuta dũ non videt mulier plurimũ sanguinẽ. Et cura eius est flõmia:et clysterizet matrix cũ mucillagine psilij: aut oleo ro. cũ aqua arnoglo. et regat egra regimine patientis birsen dando in potu aquã ordei et sil'ia:et si dolor valde fortior sit et retinet egestio et vrina:sedeat egra in decoctiõe camomille:se. lini et fenugre. ꝛ nõ trãseat aqua vmblicũ:neqꝫ egra dimittat potare aquã ꝛ inungat locus cũ oleo camomillino:et oleo alkerti citrino:et si nõ fuerit id tunc nõ faciat id vsqꝫ ad hebdomadã vnã. ¶ Et cõuertitur apa acutũ in matrice aut ad sanitatẽ cũ resolutiõe: aut ad aggregãdã saniẽ:aut ad apa durũ. ¶ Signa collectionis sunt quies pulsatiõis sedatio febris. ꝛ dimissio horripilatiõis in dispositionib⁹ quibusdã. Et signa apatis duri sunt sedatio caliditatis febris cũ residuo grauitatis et magnitudinis in pectine ꝛ thimia. ita ꝙ qñqꝫ apparet tactui: si fuerit magna difficultas egestionis et vrine. ¶ Et cura collectiõis est vt emplastret locus matricis post diẽ. vij. a principio apatis acuti cũ reb⁹ lenificãtib⁹ ꝛ sedãtibus dolorem:sicut camomilla:altea:se. lini: fenugreci:et fundat in matrice ex mucillaginib⁹ eorꝫ assiduet sessionẽ in aqua calida;ꝛ vnctionẽ cũ oleo tepido moriat fetus. tũc da ei in potu trociscos de gũmis q̃ sunt in antidotario:ipsi eñ eijciunt partũ statim:ꝛ suffumiget mulier etiã cũ eis ꝛ sedeat mulier in aqua in qua decoctũ est calamentũ campestre. ¶ Ex eis q̃ facilẽ efficiũt partũ cũ ꝓprietate que est in ipis est radix bothormariẽ sicca qñ ligat super coxã mulieris.

¶ De exitu matricis am ꝛ vmblici. Cap. xciij.

COnfert eis lesio in aq̃s stipticis sicut aqua cucumeris quã dicturi sumus ꝛ inungat cũ oleo ro. et puluerizetur desupꝫ medicamẽ stipticũ ꝛ infrigidẽ

tur:et post illud sedeat in aqua de cucuma ꝛ abluantur cū ea:cum autē matrix iam egressa est:tunc necessariuȝ est cū hoc vt ponātur ventose:aut ollula super pectinem coram duobus inguībus ꝛ vt frequentet cura. ¶ Confectio medicaminis stringentis vmblicū cū egredit post partū sumat tenta ꝛ inuoluat sup ipsam pānus et accipiatur minutum thus et cōficiatur cum albugine oui.ꝛ liniatur cum eo sup vmblicū et impleat ipso. ¶ Medicaminis autē stiptici cōfectio. ℞.karabi thus.balaustias gallas antimoniū:acatiam et alumē cribellata et iūgant ꝛ puluerizent sup anū ꝛ vmblicū:ꝛ qūqꝫ addit i ipo cerusa ſm mēsurā vniꝰ illoꝝ.

¶ De signis pregnationis. Cap.xciiij.

De signis pregnatōis est ꝙ vulua post coitū est sicca in qua hūiditas nō est ꝛ ꝙ mulieri accidit pigritia ꝛ tarditas et declinatio ad somnū:ꝛ coartat os matricꝭ post illud adeo:vt in ipa nō egrediat stilus. ¶ Ista ergo sunt signa q̄ nō faciūt errare cū ergo p̄terierit dies retinēt mēstrua ꝛ pupilla mamille denigrat ꝛ cōmouentur mala desideria et nausea:et apparet malitia coloris et pannus. ¶ Signa masculiꝭ fetus ꝛ femine. Ca.xcv.

Bonitas coloris mulieris et puitas appetitꝰ coitꝰ et pāni paucitas sunt significatiōes ꝙ ē masculꝰ. ¶ Et multitudo pāni ꝛ malitia coloris ꝛ multitudo maloꝝ desiderioꝝ cū supfluitate significāt pregnationē femine. ¶ Inflatio pupille mamille dextre ꝛ nigredo eius significant masculum et sinistre feminam.

¶ Et euētus sanguis ad foramē naris dextre priꝰ sigt masculū:ꝛ ecōuerso feminā. Et leuitas motuū sigt masculum. ¶ Et silr grauitas motuū significat fe. Et silr grauitas in latere dextro et rubedo maxillaꝝ significāt mas.et eaꝝ nigredo significat fe. ¶ De egritudinibꝰ ani. Ca.xcvi.

De egritudinibus ani sunt emorroydes ꝛ fistule ꝛ inflatio venarū et mollificatio ani et ragadie et vermes parui:et exitus ani cum fit egestio.

¶ De emorroydibꝰ alie sunt eminētes:alie ꝓfunde.de eminētibꝰ q̄dā sunt veruce dure:ꝛ q̄dā sunt molles crudū emittētes hūorē ꝛ noīant morales:ꝛ q̄dā sunt hūide sāguinee. ¶ Et cura quidē eaꝝ que de moralibus humide sunt:est vt

capiant cū instrumēto emorroydarum et incidātur radicit⁹: et si fuerint plēs nūero nō incidant oēs vna vice: et proiciatur sup eas post īcisionē alumē: acatia et balaustie et pluis mo lēdini: postq̄ cucurrerit res ex sanguie magna nisi retineatur sanguis ex seipo obediēs. Si aūt accidāt apata inde et dolor difficilis: q̄ quidē plurimū fit cū de eis incidit plm et finitur et eleborat subtiliter in finiēdo: et nō descēdit sanguis q̄ currit post incisionē qm̄ accidit in illa dispositōe vt apatur anus adeo. vt retineātur vrina et sterc⁹: et dolor fiat tūc oz vt fiat sessio ppt hāc egritudinē: in aq̄ cal'a in qua decocta sunt folia altee: et in qua piecta sunt semē lini et folia caulium. ¶ Si vo sanguis q̄ ex eis currit nō fuerit plurimus: tūc flōmet basilica etiā et emplētur emplo de cepe: et emplo vitelli oui qd dicem⁹: fiat minoratio cibi et potus. ne multiplicet vria et egestio trib⁹ dieb⁹ donec sedet apa. ¶ Et qñqz curat ille q̄ incisionē cū ferro abhorret ita vt ligentur cū pilis aut filo forti subtili. Et oz si ex ligatiōe dolor cōmoueatur: aut apa vt administrent ea q̄ diximus. Et curātur cū medicamine acuto: ita vt pulverizet desup vna vice post aliā vicē donec denigrētur: deinde emplētur cum caulib⁹ elixatis: et butyro donec cedāt: et ferrū quidē cōueniētius est ei magis incolume: medicamē enī acutū nō fortasse saluatur ex dolore vehemēti: aut apate. ¶ Et melius quidē cū vis incidere emorroydas aut ligare et medicare eas cū medicamine acuto vt pmittas añ illud flōmiā basilice: et quidam suffumigant emorroydas cū anacardis: et assiduatur illud vsqz quo denigrētur et extenuētur et cadāt. ¶ Cōfectio medicamis eradicātis emorroydas mirabilit ℞. iusq̄ami sicci nigri aure. ij. succi iusquiami albi aure. iiij. aluminis iameni: calcadis. añ. aure. ij. assius aure. i. ceruse tantūdem. terantur et misceantur cum cera dissoluta cum oleo ro. et liniatur super pānum et ponatur desuper. ¶ Qd si fuerit emorroydes iteri⁹ tūc administret hoc colliri um qm̄ eradicat eas cū fortitudine cui⁹ cōfectio, ℞. arsenici ru. et citri. alumis iameni: et alkali ptes eq̄les terāt et cōficiant: cū aq̄ granatorum: et liniātur cū ea loca eminētia et liniat i circuitu earum cū cera ppata cū oleo ro. et sedeat eger eleuatis coxis suis et expectet hora media: nā emorroys de-

tumescit et cadit et eradicatur radicitus. Et oportet vt cu
ratio fiat hoc medicamine in sole aut iuxta ignem.
¶ Confectio medicaminis qđ ponit̃ sup anũ post incisionẽ
emorroydarꝫ. ℞. acatie rubee pure: scorie plũbi ãborꝫ. ana.
aure. iiij. coriãdri sicci aure. ij. terant̃ et misceãtur cribella
ta: et cõficiant̃ cum aqua et liniãtur super pannũ et ponat̃
super anum ꝛ ex eis quibus curantur morũ ꝛ emorroys et
abscindũt ea et faciunt ipa cadere cũ facilitate in tpe lon
go est vt suffumiget̃ cũ folijs mirti semp et sedeat eger in
decoctiõe earꝫ extenuant̃ eñ et denigrant̃. ¶ Et silr̃ suffu-
migatio cũ cortib⁹ capparis ꝛ radicib⁹ ei⁹ pulpa colloqn
tide ꝛ myrra ꝛ nuce cypssi: et ista valet emorroydib⁹ puis.
¶ Ad emorroydas ꝟo magnas fortes plenas cõfirmatas
nõ valet: nisi i cisio: aut medicamẽ acutũ. aut ꝟo eis q̃ pro-
funde sunt: ꝛ sunt sanguinee: nõ est curatio nisi medicamẽ
acutũ de quo sup eas pulverizat̃ donec denigrẽtur. deide
emplent̃ cũ caulib⁹ ꝛ butyro: ꝛ iteret̃ istud donec finiat̃ ca
ro mala tota: deinde curet̃ cũ puluere gñatiuo carnis do-
nec euertent̃ ꝛ ꝯsolident̃. ¶ Sãguinee aũt si nõ sunt plene
in qbusdã harꝫ dispositionũ et inflant̃ ꝛ dolorẽ faciãt vehe
mentẽ: dimissio accidẽdi ad eas est rectior. ¶ Si aũt infla-
te sunt. et replent̃ ꝛ dolorẽ faciũt: oꝫ vt liniant̃ cũ succo ce
pe aut felle tauri: aut vnguẽto viridi acuto: ꝛ toleret̃ id do-
nec currat ex eis sanguis. qꝛ sic sedat̃ dolor: ꝛ pmittat̃ ãte
id flõmia basilice: ipsa eñ ꝯfert oib⁹ spẽb⁹ emorroydarꝫ: ꝛ
cũ emorroys est ꝓfunda sanguinea ꝛ caput ei⁹ intra anũ:
opꝫ vt ponas vẽtosam circa anũ ꝛ extrahat̃: deinde curet̃.
¶ Et ꝯfert emorroydib⁹ abstinẽtia ciborꝫ qui generãt san
guinẽ crossuꝫ sicut lẽtes caro vaccina aluimasud: caro sali
ta: fabe case⁹: ꝛ medicie: ꝛ cibi acuti calidi qui adurũt san
guinẽ ꝛ denigrãt eũ: nã emorroydes nõ gñant̃ nisi ex adu-
stione ꝛ acuitate in sanguie. Sicut pip: allia: cepe: ꝛ cõdi-
menta cal'a. nã in illo in cui⁹ sanguie nã est acuitas emor-
roydes necessario gñant̃. Jn hñtib⁹ ꝟo sanguinẽ dulcẽ et
carnes teneras hũidas nõ fortasse gñant̃ emorroyda: q̃re
opꝫ vt ille in q̃ incipit emorroys ꝓfunda ꝛ sanguinea flõ-
tometur ex basilica et solutiõe educat melancoliã multo-
tiens et dimittat cibos crossos et acutos et vinum nigrũ

crossum ⁊ oīa que inspissant sanguinē. ¶ De fistulis in ano et omnib⁹ locis que effundunt sanguinē. Ca.xcvij.

De fistulis quedā sunt penetrātes quoꝝ signū est ꝙ ex eis egredit̄ vētositas ⁊ stercus ⁊ de eis sunt nō penetrātes ex quib⁹ nō egreditur vētositas: neqꝫ aliud et penetrātes quidē nō sanant̄ nisi cū ligatione et extractiōe cū falce. deinde curant̄ cū medicamīe incarnatiuo: et ipm̄ qn̄qꝫ cōficitur in vnguēto basilicon: ⁊ qn̄qꝫ generat̄ ex ligatura suꝑ omentū ꝙ egredit̄ fex absqꝫ volūtate quoad vixerit post illud: quare oꝫ caueat̄ ligatura qđ est ꝯm hūc modū: ⁊ hoc quidē fit in eo ī quo caput fistule lōginquū est ab ano valde: in illa aūt q̄ ano ꝓpinquat nō est timor. nō penetrātes aūt oꝫ vt curent̄ cū medicamine acuto quod diximus precipue in capitulo fistule que est in lachrymali et medicamīe qđ intromittit̄ in ea: deinde infundantur in ea butyrū recens: deinde infundatur in ea medicamen incarnatiuū quod subtiliatū sit sicut aqua mellis. ¶ Ad ragadias aūt si est febris ⁊ est apā antiquū ī q̄busdā dispositionib⁹ ꝯfert flōmia ⁊ vnguentū de cerusa. Si xo nō est apā: neqꝫ acuitas cōfert empl'm de vitellis ouorū et inūctio cū oleo de nucleis crisomilloꝝ in quo quidē ponit̄ bdelliū. Et sil'r ꝯferūt radijs pectinis et matricis et virge ea q̄ cōferūt ragadijs ani ⁊ suffumigatio cū bdellio cui superiacit̄ adeps ⁊ ꝯfert eis qn̄ sūt veteres vt fricent̄ donec currat ex eis sanguis plurim⁹: deinde curetur cū basilicō. ¶ Et conferūt ragadijs ⁊ specieb⁹ emorroydarū pillule de bdellio et suffumigatio spolij serpentis et cortices radicū capparis et bdellium et serapinum.

¶ Et ꝯfert ēt ragadijs adeps galline ⁊ adeps anatis qn̄ terit̄ cū draḡ. ⁊ sedeat eger in aq̄ cal'a: deīde empl'et̄ cū eis. ¶ Et cōfert eis vnguētū factū de litargiro ⁊ oleo ⁊ gūmi granoꝝ alkedra cū ex eo inūgunt̄. Illi xo qui ledit̄ eo qđ currit ex ragadijs confert sessio in aqua cucume. ⁊ adherere ano cotum vetus antiquū imbibitū in aq̄ anati siccatū post illđ ⁊ puluis molendini: ⁊ puluis vrceloꝝ abrasorum.

¶ De disruptiōe venaꝝ in ano. Cap̄.xcviij.

Disruptio quidē venaruꝫ est qn̄ currit sanguis ex ano cū distillatiōe aut ipulsiōe ꝯtinua: ⁊ nō opꝫ

vi abscindatur iste sanguis dũ non debilitat et dum pmanet nigri coloris. Si aũt egredit cũ in pulsu etiã et dispositione aliqua et facit incurrere trenorẽ cordis et debilitatẽ ambo geniculo et nõ retinet: opz vt in potu dẽtur in illa hora trocisci de karabe cũ aq̃ sumach: et filoniũ qd ego dicã cũ aqua sumach ⁊ comedat cibũ ɔditũ cũ aq̃ sumach: aut cũ agresta ⁊ assiduet añ poxismũ flõmiã basilice et dimissionẽ cibo q̃ acuũt sanguinẽ et multiplicãt ipm ⁊ silia ſm qd diximꝰ qꝛ multiplicãt cursuz sanguis. Et si currit cũ periodis in horis et nõ debilitat corpꝰ p ipsum nõ opz vt abscindat. cursu nãqꝫ eius a pluribꝰ fit euasio egritudibꝰ. Cum aũt in fũmo abſidat: tũc oz vt nõ fit negligẽtia i ipo: facit. n. icurrere ydropisim. ¶ De mollificatõe ani. C. xcix

EX ea quidẽ fit exitus fecis sine volũtate. Si autẽ fuerit illud post ligationẽ fistularũ: aut cum casu super dorsum: et mollificant cũ ea pedes: et accidit ei subito illud: tunc nõ est ei curatio. ¶ Cum autẽ accidit illud ex pcussione aut casu paulatĩ: tunc ɔfert ei vt emplastret et inungant spõdiles inferiores q̃ sunt ex spõdilibus dorsi cũ eis q̃ diximꝰ in cura paralisis: ⁊ sedeat eger in aqua cucume in qua decocta sunt cum cõmixtis nux cypsi: costus spica nardi. myrrha rosa: myrtus ⁊ capita granato ⁊ silia. Egressionẽ xo ani iã diximꝰ in exitu matricis.

¶ De vermibus ani. Capm. c.

QUidã sunt magni et quidã parui. Signa eo sũt pruritus et cõmotio in ano et qñqꝫ sunt siles vermibus casei: quo cura est supponere oleũ de oliuis albis ⁊ oleũ ablutũ quousqꝫ fiat albũ qd ponit in aliis oleis aut oleũ d nucleis crisomilo: aut oleũ de kerua aut aquã rute: aut aliq̃d de aloe: aut fel vaccinũ: aut aquã calamenti: aut aquã lupino: aut pulpã colloq̃ntide et salẽ. Et sunt quidam eo lõgi et lati. Et curãtur potu medicine educentis eos ſm ꝙ narrabo: ⁊ opz in primis vt nõ cibet in matutinis: et toleret id donec laboret labore cõueniẽti super famẽ. Deinde sorbeat aliq̃d lactis ita vt cum fecerit illud diebus aliquibus dissoluat medicamẽ in lacte. ⁊ addat in illa die in labore et fame: deinde bibat ipm post id: et cum expulsi fuerint vermes tunc abhorreat post id cibũ

vnctuosum et cretã et fermentũ viscosum panẽ azimũ: ⁊ caseũ humidũ: et cibet᷑ tp̃e famis bucella panis cũ muri ⁊ sinapi: aut sumat aliq̃d ex oliuis amaris et immaturis aut chamich capparis: ꝓhibet enĩ redire eos. ¶ Et signa vermis in ventre sunt citrinitas coloris et velocitas cõmotionis famis: puitas tolerãtie eius ⁊ vehemẽtia mordicationis: sincopis dolor in ventre tp̃e famis: sensibilitas eleuationis ipsoꝝ et inuolutionis eoꝝ in illa hora: et aq̃ currẽs ex ore et egressio ei⁹: aut ex inferiori regiõe: aut ex supiori cũ labor adest aut febris acuta. Cum ĝ accidit dolor in vẽtre vehemens facit incurrere rem similẽ epil'ie et sincopi ⁊ spasmo ꝓpter vehementiã suã. Si ergo videris id in hoĩe ex q̃ vermes egrediunt᷑: tunc scias qđ est ex vermibus.

¶ Incipe ergo et line ventrẽ cũ pulpa colloquintide ⁊ aq̃ rute et felle vaccino. Qđ si dolor fuerit vehemẽs valde et eger iam incurrit epilepsiã ꝓpter vehemẽtiã ei⁹ tũc incipe et da ei in potu lac ita vt cũ sedat᷑ dolor paulatim line ventrẽ eius ex eis q̃ dixim⁹: si ĝ ceciderint tũc iam sufficit tibi: et si nõ cadũt da ei in potu medicamẽ extrahẽs: eos et nõ negligas tũc: qm̃ accidũt eis accidẽtia mala valde.

¶ De hernia ⁊ ruptura ⁊ a͡patibus que fiunt in testiculis. Capi.ci.

Fit propter egritudinẽ in mirac et est ruptura aneribatũ ƀm xtutẽ cui⁹ signa sunt: ꝙ qñ resupinat᷑ eger sup dorsuz suũ ⁊ ponit manũ suã sup eã redit ad locũ suũ. Et curã quidẽ ei⁹ medici p̃termiserũt ⁊ nõ sũt ea vsi, qm̃ est in ea timor: ⁊ addit᷑ ⁊ nõ curat᷑ ⁊ medicat᷑ vt nõ addat᷑ hac curatione: op₃ enĩ ne ille q̃ rupturam h₃ moueatur post cibũ oĩno ⁊ ꝓprie post potũ vini aut aq̃. ⁊ deuitet cibũ oẽm inflatiuũ: ⁊ ad sũmũ repleri ex cibo ⁊ potu: et medullas ⁊ olera ⁊ fruct⁹ humidos et ꝑficiat totũ qđ sibi necessariũ est añ comestionẽ deinde post comestionẽ adhereat resupinationi: si fuerit sedẽs: fit mirach ei⁹ strictum et nõ festinet ad surgẽdũ cito: imo postq̃ strinxerit ip̃a₃ et posuerit manũ suã desup et cõpresserit ip̃a₃ ad interiora: ⁊ nõ op₃ vt ponat sup eã cũ cõstrinxerit pilã qm̃ ipsa dilatat eã imo ĩuolutionẽ q̃dratã refrenãtẽ eã: et ẽpl'et᷑ etiã cũ emplo rupture ex eis q̃ dicem⁹: ⁊ assiduet stricturã. nã q̃nq₃ sanat᷑

omnino cū istis empl'is et strictura qn̄ ruptura est p̄ua: aut est i corp̄e hūido: assiduet ꝫ medicias q̄ resoluūt inflationē ex eis q̄ diximꝰ in colica: ꝛ nō coeat nisi cū strictꝰ est vltima cōstrictione: ꝛ vēter lenis vltie: ꝛ caueat sessionē in aq̄ ca. ꝛ longitudinē effusiōis aq̄ cal'e sup̄ eā ꝛ luctamē ꝛ faltas ꝛ de ambulationē laborosam sup̄ eā: ꝛ descēsum ex gradibꝰ cū velocitate: ꝛ onꝰ graue ꝛ vociferationē vehementē. Ista. n. dilatāt rupturā immo faciūt ipsaꝫ etiam accidere qn̄qꝫ.

¶ Et fit i testiculo: et qn̄qꝫ fit absqꝫ ruptura. s. ex dilatatiōe meatꝰ q̄ est i neribatū ꝛ magnificaꝫ cistis testiculoꝝ: et illd ad vltimū aut ē ex ruptura aut est dilatatio huiꝰ meatꝰ. q̄re ad ip̄m descēdit ꝛ cadit i ip̄m aut zirbū aut itestia aut vētositas: aut aq̄: aut ap̄ata q̄ eueniūt icipiētia in testicul' et cisti eoꝝ. ¶ Signū itaqꝫ rupture ē ꝙ qn̄ tu ꝓieceris egruꝫ super collū suū ꝛ eleuaueris pedes eiꝰ: ꝛ cōpresseris dorsuꝫ eius: ꝛ posueris manū tuā sup̄ locū: ꝛ presseris ip̄m redibit deorsum aut totū aut pars eius ꝛ cū rugitu ꝛ sine rugitu: aut cū facilitate: aut cū difficultate. Illud ergo qđ redit cū rugitu plurimo est vētositas: ꝛ id qđ redit cū rugitu minore illo est ex intestinis. Et illud qđ redit sine rugitu plurimo ꝛ cū difficultate est zirbum: et zirbū quidē et intestina redeūt cū difficultate. Et ventositas sine difficultate. ¶ Et cura eorū sil' est vt reducātur cū facilitate. Si aūt non redeat cū cōpressione: tūc sedeat eger in aquā ca. p̄ horā vnā post vacuitatē vētris ꝛ premaꝫ desuper post illud. tūc si redierit bene erit: ꝛ si nō redierit addatur in aqua calida donec redeat.

¶ Cum ergo redierit emplastrabis cum emplastro rupture adherente et ventositatē effugante et assiduet stricturam ꝛ non dissoluatur in minore spacio decem dierum et administra de cibo ꝛ regimine ea que diximus.

¶ Cum aūt magnitudo cistis testiculoꝝ est ex eo qđ funditꝫ in ipsa: tūc signa eius sunt grauitas ꝛ qđ est ap̄a splendidū cū paucitate vrine ꝛ magnificaꝫ valde. Et cura eiꝰ integra cū qua nūquā redit est vt cauterizeꝫ et p̄foreꝫ ꝛ post p̄forationē euacueꝫ qđ in ea est: ꝛ p̄foreꝫ a duabus p̄tibꝰ cōmissure duoꝝ ouoꝝ cū capite flobotomi ꝛ curret ex ea aqua sicut currit sanguis ex flobothomia. Qđ si fuerit pl'ima ꝛ magna valde: tunc nō opꝫ vt euacueꝫ in die vna sed i duobꝰ diebus

postq̄ egro datū fuerit aliq̄d quo confortet. fortasse eū faciet accidere sincopim: dū aūt nō cauterizat redit post dies et menses ꝛ indiget perforatione post menses.
¶ Que aūt hui⁹ gn̄is minor est curat sine pforatione: sȝ cū medicinis q̄ exiccāt aquā ex eis quas diximus in ydropisi.
¶ Et fit apā cal'm in testiculis ex caliditate: cui⁹ signa sunt rubedo coloris ꝛ cailditas tactus vehemētia pulsationis.
¶ Cura ei⁹ ē flobothomia basilice ex latere apatis: ꝛ si ambo sint aposi: tūc ex latere dextro. ꝛ ponant herbe desuper infrigidātes ꝛ sedeat in aq̄ frigida: ꝛ inuoluat sup ipm pannus imbibit⁹ aceto ꝛ aqua ro. ꝛ liniant cū quibusdā epithimatib⁹ q̄ cōueniūt apati acuto. ita vt qn̄ sedat pulsatio incipias ī resolutiōe apatis cū lenietib⁹ resoluētib⁹ in pmis: sic cū farifa. ꝛ ciceris albi ꝛ camomilla cōfectis cuȝ mucillagine psilij ꝛ mucillagie lini ꝛ cū careno: deide cū eis q̄ sunt fortꝭ resolutiōis ꝛ lenificatiōis si idiget illis: sicut bdeliū armoniacū ꝛ myrrha ꝛ adeps subtilis ꝛ reliq̄ q̄ dicem⁹ in cura apatis duri: ꝛ empl'a q̄ resoluūt apata crossa testiculorū.
¶ Et sunt ex eis frigida crossa et iam diximus curā eorum tamen cura apostematis frigidi.
¶ Apostema autē virge fit etiā ex ventositate vaporosa in qua est cal'tas parua replente ipsam ꝛ inflāte ꝛ tendēte ipsam vt chorda: et addēte in longitudie et latitudine ipsius. Et etiā ex apostemate molli: verū differētia istius ad predictum est q inflatio ex vētositate nō cadit tactui cū tāgitur. Sed apostema molle cedit cum tangitur.
¶ Et cura apostematis mollis fit hoc medicamine. ℞. folia vitis recentia. xxx. numero: thuris aure. ij. cere aure. v. terantur et emplastretur cum eis virga.
¶ Cura inflatiōis ex ventositate vaporosa que plurimū accidit adolescentib⁹ est flobothomia: ꝛ vt liniat virga ꝛ testiculi cū ceroto huiusmodi. ℞. cere partē. i. olei ro. ptes tres: dissoluatur cera cum oleo et ponat in mortario et proijciatur desuper ex aqua frigida: et moueatur semper donec nō recipiat aquā et detur in potu ex aqua nenufaris aut semie eius. Si aūt nō fuerit caliditas manifesta: tūc da ei in potu semen agnicasti: aut rutam quoniam est sanitas eius.
¶ Ramici aūt infantiū cui⁹ color est alb⁹ cōfert vt distille-

tur ĩ foramẽ virge sambacinũ oleũ: ⁊ emplastret cũ bdellio dissoluto cũ vino ⁊ ingeniet vt paruꝰ sit fletꝰ pueri ⁊ strigat ramex ⁊ minoret ex lacte: ⁊ si fuerit ruptura emplastret cũ emplastro faciẽte adherere: qm̄ multotiẽs operat in ea.

¶ De podagra ⁊ doloribus iũcturarum. Cap̄. cij.

Plurimũ fiunt ex hũore crudo cui ꝑmixtũ est aliq̄d colore ⁊ ſm minꝰ ex sanguie indigesto: ⁊ qñq₃ est cũ eis caliditas vehemẽs: ⁊ nõ noiat podagra: nisi qui est ĩ iũcturis pedũ: qbꝰ ꝓpriũ est ꝙ ap̄a eoꝝ nõ fit sanio sum ⁊ nõ facit collectionẽ saniei: sicut reliq̄ ap̄ata. Sed aut resoluitur aut incrossat ⁊ fit lapis ⁊ rumpunt ex eo digiti: et egrediuntur ex eis res diuerse ex sicco et humido.

¶ Et signa doloris iũcturaꝝ ex caliditate sunt rubedo coloris loci ⁊ caliditas tactus. ¶ Cura eiꝰ est flõmia ex sinistra manu si est in dextro ⁊ ecõuerso. Et si est in pede sinistro ex manu dextra: ⁊ si in dextro ex manu sinistra: ⁊ nõ opʒ vt dimittat flõmia in hac egritudie ꝓpt ꝓpinq̄tatẽ tp̄is flõmie. Sed opʒ vt fiat flõmia cũ incipit ap̄a ⁊ dolor ⁊ pulsatio cum cal'itate in iũcturis ſm ꝙ diximꝰ: ⁊ p̄cipue: si est ap̄a quãtitatis magne ⁊ rubei coloris. Si nõ ẽ magne quãtitatis neq₃ vehemẽtis caliditatis: sʒ est cũ hoc caliditas: necessaria est flõmia: verũ extrahat sanguis minꝰ ⁊ sit cõtẽtꝰ post illđ eo quod educit colerã ex eis q̄ ꝓprie sunt doloribꝰ iũcturaruʒ calidis ex decoctiõibꝰ ⁊ pillulis q̄s dicemꝰ cõueniẽtes dolori iũcturaꝝ ⁊ calido et post id liniat cũ epithimatibꝰ que dicemꝰ: ⁊ declinet in ap̄ate magne quantitatis rubei coloris ad oẽ epithima in quo sunt frigiditas ⁊ stipticitas q̄ dicemꝰ cõueniẽtia ap̄atibꝰ sanguineis ⁊ iũcturis et in ap̄atibus quoꝝ caliditas est magis augmẽtata q̄ꝫ ipsorũ rubedo et magnitudo: necessariũ est declinare ad illa q̄ infrigidãt: preter ꝙ stipticitatẽ faciũt: aut si faciũt stipticitatem plurimã ex eis q̄ medici noiant epithima ap̄atũ rubeoꝝ ⁊ ap̄atũ colericoꝝ. ⁊ sil'r fiat in cibo ⁊ assimilent cũ sunt ap̄ata sanguinea quoꝝ signa sunt ea q̄ diximꝰ. s. magnitudo quãtitatis ap̄atis ⁊ vehemẽtia rubedis coloris cũ cal'itate tactus

¶ Colericoꝝ ẽt caliditas ẽ magna augmẽtata: sʒ quãtitas diminuta: ⁊ eoꝝ tẽsio minor: et nõ est eis multitudo rubedinis: ⁊ ſʒ plurimũ sunt ista ap̄ata cal'a cõmixta ex colra ⁊ san

guie: et sunt signa commixta: quare oportet sit cura commixta. ¶ Sit cibus itaque in apostematibus sanguineis omne acetosum stipticum sicut granata: agresta et ribes et sumac: et curatio secundum illud et in colico omne quod ingrossat sanguinem sicut id quod congelat et almos et atrail et achiel: et ad summum declinatio ad id quod conuectat cum frigiditate sicut cucurbita: citroli cucumeres: olera frigida et melones indi: sauic cum zuccaro: et aqua ordei: et cum flomaueris et solutionem feceris in apostemate calido et emplastraueris cum eis que diximus: et declinauerit dolor et apostema tunc apostemata sanguinea magne quantitatis indigebunt resolutione. Incipies ergo cum medicinis leuis resolutionis: sicut est mucillago psilii: mucillago seminis lini: camomilla: altea adeps gallinae: anatis: deinde cum eis que sunt conuenientiora et fortiora: sicut ea in quibus sunt bdellium et armoniacum: storax: myrrha: et adipes subtiles ex eis que dicemus et administrabis post illud si indigueris illa que scindant. vesicas velociter et extrahant illud quod est in eis ex illis que dicemus.

¶ Apostema vero pauce tensionis colericum non indiget post declinationem resolutiuis et si indiget eis: indiget que sunt pauce resolutionis. Sanguineum autem indiget illis secundum quantitatem magnitudinis sue capacitatis et paruitatem sue caliditatis: et inceptionem ad tenebrositatem et ad duritiem. Sit ergo tua operatio secundum illud ne remaneat durities in eo ex qua disrumpantur iuncture: et accidit etiam disruptio multotiens ex supremo studio infrigidando apostemata calida: et non oportet quidem vt maximum studium adhibeatur ad hoc et proprie in eo quod ex eis est magni spacii et pauce caliditatis. Sed dimitte in fractionem eius cum vides ipsum iam erigi et stare et non additur. ¶ Colericum vero infrigida quantum potes. non enim ex eo times disruptionem. Et quandoque accidit disruptio etiam ex eo quod infirmus vltime studet in acceptione medicinarum que sedant dolores iuncturarum sicut hermodactili et lentes: et ossa combusta et ea que dicemus ex istis. Sit ergo administratio tua istorum in apostematibus magne quantitatis qui non sunt vehementis caliditatis minus et secundum quantitatem qua sedantur quidam dolores et post euacuationem.

¶ In apostematibus vero colericis vtere eis post euacuationem colere secundum quantitatem multitudinis materiei et paucitatem eius et

vehemētiā doloris fm quātitatē magnitudinis eius ⁊ ten sionis ei⁹ absqꝫ timore fm q̄titatē q̄ sedat dolor integre. ¶ Dolor͡ aūt iūcturarū facti ex hūore crudo frigido signa sunt dolor et apa absqꝫ rubedine in colore et sine cal'itate in tactu ⁊ est magnitudo quātitatis ei⁹ et tensiōis ipsi⁹ et fm q̄titatē multitudinis materiei ⁊ paucitas ipsi⁹ et vehe mētia doloris ei⁹ fm q̄titatē magnitudis eius et tēsionis ipsius. ¶ Cura ei⁹ est vt intētio tua sit in pncipio vomit⁹ cū eis q̄ educunt flegma crossum: et sol'o que fit cū pillulis de hermodactilis et pillulis de tapsia. et stōaticon ⁊ ad sūmū cū eis in q̄bus cadūt pulpa colloq̄ntide et centaurea ⁊ su- cus cucumeris asinini ⁊ se. vrtice et sil'ia ex eis q̄ dicemus. ¶ Cum ergo euacuaueris emplastra ip̄z cū eis que sunt le nis calefactiōis sicut vitella ouorū et rob ⁊ medulla panis de sil'ia ⁊ sil'ia cū croco ⁊ lacte dulci ⁊ sil'ia ex eis q̄ dicem⁹ ¶ Si aūt fuerit vehemētis frigoris in tactu: tūc cura ip̄m cū storace et sambuco ⁊ euforbio: ⁊ castoreo: ⁊ cū peruenit ad statū: et incipit declinare: tūc incipe in resolutiōe et stu de in ea valde vt nō fiat lapis: ⁊ nō oīmode vna vice stude- as resoluere subito. Sed resolue ipsum duꝫ non inueneris ipsum addere duritiē. ¶ Cum autē videris ip̄m iam indura ri: tūc cessa a resolutione ⁊ admistra lenientia. donec vide- as ipsum tā lenificū deinde redi ad resoluendū: isto nanqꝫ mō possibile est vt nō remaneat ex eo aliq̄d qd̄ fiat lapis: ⁊ caue ne administres in hoc mō medicinas q̄ nominant se- dantes dolorē: nisi forte post euacuationē fortē cū solutio ne et vomitu: et subtilia ei cibū totum et caue in eo potum aque frigide. In apatibus autem calidis non. ¶ Ex eis q̄ nocēt hoībus hn̄tibus dolorē iuncturarū sunt labor ꝓpin- quus paroxismo calciamēta stricta: ebrietas repletio ꝑtran- siens quantitatē cibi et vinū an̄ cibū est nociuū neruis et ē magis adiuuans ad hoc vt fiat podagra: et digestio qn̄ nō cōplet fm qd̄ opꝫ et coyt⁹ ⁊ balneū: ⁊ caueat a balneo iux horā paroximi. ⁊ ꝯfert eis oīb⁹ exercitiū tēperatū post egri tudinē et flōmiam et sol'onem et euacuationē et vomitū. ¶ Cautela aūt a doloribus iuncturarū fit abstinēdo a reple tione nauseatiua et dilatatiōe in comestiōe et potu et assi- duādo flōmiā: et solutionē ante horā paroxismi. et minorādo

cibū et dimittēdo vinū in istis horis et alleuiando laborez illaꝝ iuncturarū: et dimittēdo coitū. ꝛ fricādo iūcturas cū medicinis p̄rime subtiliationis ex eis quas dicemus post.
¶ Et qn̄qꝫ eradicāt dolores iūcturaꝝ ꝛ podagre eradicatio ne aliqua medicine fortes in ꝓuocatione vrine vehementꝭ subtiliationis ex eis q̄ dicemus: verūtn̄ opꝫ vt administret ex his q̄bus accidit hoc ex humore crudo: aut ex humore cuiꝰ plurimū est crudū et dimittant in illis q̄bꝰ accidūt cū eo apāta calida inflāmata: et ille cui accidūt dolores iuncturaꝝ deinde recedūt ab eo aut ꝑtrāseūt terminū paroxismi preter qꝺ eū eueniat malitia dispōnis in paruitate cibi: aut superfluitate laboris aut sim̄ibus ex eis q̄bus alleuiat corpꝰ: euacuet in hora paroximi. ex humore q̄ cōsuetus est.
¶ Si fuerit apāta calidū cum flōmia: aut cū eo qꝺ educit colerā. Et si fuerit frigidū: cū eo qꝺ educit hūorem frigidū ex eis q̄ diximꝰ. ¶ Et nō obliuiscaris: qm̄ qn̄qꝫ ꝑducit ad mortem subitā aut asma. et signū illiꝰ est: qꝺ incipit tremor cordis: aut strictura anhelitus. Et qn̄qꝫ facit incurrere paralisim aut apoplexiam: et signū illiꝰ est qꝺ incipit tremor cordis et aliq̄d ex ꝑturbatiōe sensuū: et qn̄qꝫ aduenit id subito q̄propter non dimittat quin euacuat cū sentitur paroxismꝰ.

¶ De sciatica et dolore iuncture anche. Capi. ciij.

Hec est species vna doloris iuncturarū. Sed qꝛ est in iunctura ꝓfunda sup quā est plurima caro sup quā non apparet signū apātis manifeste: diuersificatur cura eius in quibusdā horis a reliquoꝝ dolorū iuncturaꝝ cura. ¶ Cū ergo est dolor in ancha et non mouetur donec extendatur ad coxam tunc est dolor anche purus.
¶ Et qn̄ extenditur vsqꝫ ad coxam et lacertū cruris ꝛ pedē tunc est sciatica: et qn̄qꝫ est in vtroqꝫ latere. Si ergo accidit in sinistra est vehementior q̄ȝ in dextra.
¶ In dolore aūt anche opꝫ vt cōsideret illud qꝺ p̄cessit de regimine egri: et cuiꝰ humoris neccīa sit aggregatio ex cibo et potu et motu eius: et sigtur ex eis humor: ꝛ si demōstratur cū hoc in ancha et sentit aliquātus calor aut frigꝰ tūc verificatur signatio super qualitatē superfluitatis.
¶ Si est frigus curet cū vomitu forti vltimo multotiens: deinde clisteribꝰ que educūt viscositatē: ꝛ faciunt excoria-

tionem ex eis que dicemus: et cū suppositoriis illis similibus: ꝛ cū suppositoriis q̄ calefaciūt cū supponunt: ꝛ empletur ancha cū sedātibus dolores: sicut emplm̄ de camomilla et altea et semine lini et ex eis que narrabo vt sedet dolor anche in principio rei sue: deinde empl̄a rubificātia facientia vesicas: si illa necessaria sint et qn̄qꝫ sedantur dolores anche frigidi cum vomitu et clysterib⁹ educētib⁹ viscositates: et inunctione cū oleo de euforbio et castoreo qd̄ dicemus fm̄ similitudinē illoꝝ ꝛ ex pillulis calidis: ꝙ si difficilis fiat in dispōne sanitatis ei⁹ necessaria ē iteratio cure et facere hoiēʒ pati famē vt minorent hūores ei⁹: ꝛ empl̄a rubificātia q̄ sunt sicut hoc. ¶ ℞. sinapis qd̄ teratur et admisceatur ei quantū ipsum est de fimo colūbino et cōficiātur cū decoctione ficuum ꝛ dimittat: vt vesicetur et curat id qd̄ est in vesicis ex aqua deinde vapora ip̄ʒ cum aqua calida: et si nō sedatur reitera illud. ¶ Si xo vetus fiat: et timeatur ꝙ dislocetur caput iūcture anche. Cui⁹ signū est ꝙ assidu⁹ est color: et rorat vlcus qn̄qꝫ: et exiccat qn̄qꝫ cauterizet. et opʒ vt cauterizatio ei⁹ fiat cū cauterio minuto sup qd̄ fit circulus anuli quātitatis doloris et cū quantitate q̄ capiat caput granati anche: vt fiat in vna vice circul⁹ magnus in cui⁹ medio sint duo circuli: hoc eñ est qd̄ est veri⁹ ꝛ nō dimittat ꝯsolidari vsqꝫ in tp̄e lōgo cū eo qd̄ desup ponit, de cepe ꝯfecto cū butyro vt curat totū qd̄ est in iūctura et redeat iunctura ad dispōnem suā. ¶ In illo aūt qui ē ex caliditate flōmet basilica ex latere illi⁹ ꝛ si fuerit in vtroqꝫ latere flōment vtreqꝫ basilice: et si sedet bn̄: et si non flobothomet sciatica curuature geniculi ex ipsa latere et nō dimittas iuncturā in illa dispōne anche cū empl̄is fridis: sed pone desup in hac dispōne etiā ea q̄ sunt leuis calefactiōis ꝛ sunt sedātia dolores de his q̄ diximꝰ sic caōmilla ꝛ se. li. ¶ Et si habēti illud sunt emorroydes fluētes sanguinē sup pone eis ex colliriis q̄ excoriationē faciūt sine calefactiōe et flōmia post id de vena q̄ est in curuatura poplitis ꝛ vētosa crura ꝛ coxas et anchā ipsam ventosatione cū incisione ꝓfunda vt currat ex ea sanguis plurim⁹: et cū eger vtitur in dolore anche medicinis cal̄is aū euacuationē putrescit sup̄fluitas: et fit egritudo difficilis sanatiōis valde qm̄ ma

teria inspissat.et fit sicut res sup igne cocta et incrossat et indurat:cui⁹ cura est vt ponat sup ancha ventosa q̄ maxia deinde administrent clysteria acuta. ¶ Sciatica vo fit aut cū caliditate aut frigiditate:consideretur ergo regimen et dispositio pedū.⁊ curetur frigida cū eis q̄ diximus de cura tione anche ex vomitu cibo:solutiōe clysterib⁹:calefactiōe exiccatione corpis.⁊ ex vnctione pedis toti⁹ cū oleo ī quo sint contrita castoreū:euforb.et oleo de costo et oleo cucumeris asinini: oleo laurino cū quocūqz possibile est et impleretur hoc emplastro cui⁹ cōfectio. ¶ ℞.farinā lupinoꝝ amaroꝝ que decoquatur cū aceto et melle et administret. ¶ In calido vo flobothomet basilica in primis:deīde succedat ei flobothomia sciatice. Si ḡ sedatur bn̄:et si nō iteretur flōmia basilice:⁊ administrentur cibi minorātes sanguinē et subtiliantes ipsum.

¶ De dolori dorsi. Cap.ciiij.

Hit fm plimū ex frigore ⁊ hūore crudo:cui⁹ signa sunt assiduatio ei⁹ ⁊ q̄ fit paulatim:⁊ sedatio ipi⁹ cū hō ambulat ⁊ mouet parūp. Et ꝯfert ei vomit⁹ ⁊ solo cū pil.fetidis et pil.de hermodactill.⁊ pil.ð tapsia:⁊ inūctio cū olo qð dixim⁹:in q̄ disrupta.sūt castoree.euforb.⁊ silia. ¶ Et fit qn̄qz ex labore. Cui⁹ cura est trāquillitas ⁊ balneū ⁊ inunctio dorsi cū oleo de keiri ⁊ viol.ꝑmixtis. ⁊ pot⁹ vini ꝯmixtionis bone/et silr etiā cū est ex multitudine coit⁹. ¶ Et qn̄qz ex debilitate renū est:aut ex egritudinib⁹ in eis aut apātib⁹ et aliis:⁊ signa ei⁹ sunt q̄ est in catin:⁊ q̄ debilitatur cū eo coyt⁹. Cui⁹ cura est id qð dixim⁹ in cura renū. ¶ Et fit sed raro ex repletione vene magne posite sup dorsum cū extendit:cuius signū est dolor in toto dorso cū pulsatione et caliditate in ipso cū reliqs signis multitudinis sanguinis in corpore. ¶ Et cura eius est flōmia basilice: et potus aq̄ granatoꝝ:et introit⁹ in aquā frigidā: et dormire sup locū madidū. ¶ De gibbositate ⁊ vētositatib⁹. Ca.cv.

Cum cōpletur et ꝯfirmat non curat. Sed cū incipit curat:et fiant aut ꝑpter exiturā extēdentē interi⁹ cū qua egrediunt spondiles dorsi:aut ꝑpter vētositatē crossam. Et signa facte ex exitura sunt dolores ꝓcedentes in dorso cū febribus acutis : sicut febres apāta

et magnitudo pulsus et vehemētia caliditatis et ꝯtinuitatis ⁊ adherētie: deīde post sedationē febris ꝑ spaciū aliqđ remanet dolor et grauitas in dorso: et incipit gibbositas.

¶ Et cura illi⁹ est positio rerū fortis lenificationis ex eis q̄ similes sunt illis q̄bus durū curaṫ apa: et linire cū oleo calido: et clysterizeṫ eger cū oleo in quo decocte sunt radices altee: et seminis lini: et sumat in potu medullas cassiefi. cū oleo amigda. ⁊ flobothomeṫ basilica ante curationem.

¶ Facte ex vētositate signa sūt ꝙ accidit post dolorē dorsi sine febre. Et cura est potare pillulas de hermodactilis et oleū de kerua cū aqua seminū fugantiū ventositatē. ⁊ emplastreṫ locus cū eis que sunt fortꝭ cal'itatis: sicut castoreū et emplastrū qđ diximus ad ventositatē equinā: postq̄ embrocaṫ cū aq̄ in qua decocta sunt sisimbriū: sansuc⁹ schea. ambrotanū: alcuel: et suspēdatur ventose super locum qui vult egredi extra cū igne et liniatur cum medicinis rubificantibus.

¶ De varicibus. Cap. cvi.

Iste sunt vene crosse inuolute virides apparētes super crus et accidūt plurimū portātib⁹ in dorso onera ⁊ viatoribus ⁊ cursorib⁹: quarum cura est flobothomia basilice ⁊ incisio ipsaꝝ aut inunctio eaꝝ. ꝙ si detumescant oēs ꝑ flōmiā loci vni⁹ et inunctionē suꝑ eas oīno est bñ: et si non flobothomeṫ ex duob⁹ aut trib⁹ aut pluribus illis: et q̄nq3 eleuanṫ subtiliter ⁊ est illud magis rectū postq̄ ligaṫ qđ est suꝑ eas ⁊ fuerit vena magna valde: ⁊ assidueṫ post illud flobothomia basilice ⁊ eductione si supra eas mel'ie cū solutione: ⁊ dimissio ml'titudinis cibi ⁊ ciboꝝ crossoꝝ ⁊ vini et p̄cipue nigri crossi et dactiloꝝ ꝓprie: laboris pedū et ambulationis.

¶ De elefantia. Capi. cvij.

Istud accidit in pede et crure ita ꝙ q̄n ꝯfirmaṫ valde et magnificaṫ et fiunt ibi eminētie non h3 curationē in principio vero sui cū incipiat crus et pes magnificari et incurrit apa qđ ē difficilis resolutiōis ⁊ cronicum: tunc aut fit ex sanguine crosso nigro ꝑm plurimum aut ex flegmate crosso vehemētis crossitiei.

¶ Signa ꝙ est ex sanguine crosso sunt ꝙ est cū eo cal'itas in tactu ⁊ tenebrositas in colore et aliq̄d ex eminētijs. Incipe ergo cum flōmia basilice lateris oppositi deinde cum

ventosatione cruris ꝛ flobotomia curuature poplitis ꝛ so lutione cū eis que educunt humorem nigrū vna vice post aliam: et deuitet cibos multi nutrimēti ꝛ generatiōis melancolie: sicut sunt carnes vaccine et q̄ venādo capiunt cō fectiōes de melle: lentes: caules: melōgene: almescud: triticum coctū cū aqua sicut plus panis azimus: viuū crossuꝫ dulce: ꝛ sit cōtentus cibis subtilibus pauci nutrimēti qui generāt sanguinē subtilē sicut carnes pulloꝝ: edoꝝ: pulloꝝ columborū olera subtilia ꝛ vitella ouorum sorbiliū vinum subtile albū: panis fermentatus bene cōfectus et liniatur pedes ꝛ crus ex eis que diximus in podagra ex rebus nutrientibus ꝛ infrigidantibus ꝛ caueat deambulationem.

¶ Eius 2o que est ex flegmate vehementis crossitiei. Signa sunt crossitudo pedis ꝛ cruris sine rubedine coloris ꝛ sine calore tactꝰ: imo qn̄qꝫ est frigidus ꝛ nō habet eminētias. Et cura eius est vomitꝰ ꝛ paucitas cibi post id vt minoretur flegma: et assiduet vomituꝫ post id oī hebdomada semel: ꝛ ꝓprie suꝑ repletiōe vtatur trifera minore sumēdo ex ea pōdus.ʒ.ij.ꝛ thuris.ʒ.ß.ꝛ zinziberis tm̄dē: ꝛ misceat totū et bibat.ꝛ liniat pedē cum aloe myrrha: ꝛ acatia ꝛ vino puro stiptico et aqua folioꝝ cypressi aut nucis eius et ligentur cum panno: ꝛ stringatur ꝛ minoretur labor eius.

¶ De decoratione et egritudinibus que sunt in manifesto corporis. Capitulū cviij.

PRimum eorū est de decoratiōe capilloꝝ et ipoꝝ ornamentū: et sunt aut denigratio ipsorum aut eorum albificatio aut rubificatio eorū et facere eos subalbidos: aut ipsorū crispatio: aut eorū applanatio aut abrasio eoꝝ aut eorū euulsio vel extractione renascantur: aut facere eos fortes: aut prohibitio casus eorum: aut scissionis extremitatū eorum aut canitiei. ¶ Et illum qui vult ne ei velociter adueniat canities opꝫ dimittere cibos humectantes: et sit contentus frixis et eis que in patellis preparantur et assuris et aqua ciceris.ꝛ assiduet vomituꝫ cum replet et assiduet acceptionē triferre minoris q̄ est cū mirab.nigris: et emblicis ꝛ bellirícis: et medine tardātes canitiem: et minoret vinū: qm̄ ex eis que faciunt canitiem festinare: et alter aquā cum melle. ¶ Et ad summū ex eius

que tardant canitiē oīa que faciunt declinare sanguinē ad colerā ꝛ inspissant ipsum ꝛ vincunt flegma ex medicinis ꝛ cibis: caueat effusionē aque rosa. plurimā super capillos: ꝛ sil'r caphore: ꝛ multitudinē suffumigatōis ꝛ inūgat cū oleis expellentibꝰ canitiē. ¶ Denigratio vo eorū fit cū linimētis ꝛ oleis denigrātibus ex eis q̄ dicemus in antidotario: ꝛ opꝫ etiā vt vtatur vel iuuetur regimine qđ diximus. ꝛ caueat aquā ro. plurimā: et ablutionē plurimā cum aqua dulci et camphora et precipue cum aqua ro. vel oleo sambacino: et odoramentū anesrin et adhere et odorem sulphuris et fumi eius et arsenici et argenti viui: et habitationem in regionibus frigidis valde et humidis: ista enim omnia festinare faciunt canitiē ꝛ adiuuāt ad albedinē capillorum.

¶ Albificationē vo iam diximus eorum totā: ꝛ medicine quas narrauimꝰ ad albificādos capillos in antidotario.

¶ Rubificationis autē eorum medicinas narrabo et similiter que eos crispant et que eos abradunt ꝛ que auferunt non permittentes eos renasci et reliqua que diximus.

¶ Eoꝝ vo applanatio ꝛ ꝓhibitio scissiōis eoꝝ fit cū inunctione assidua ꝛ multitudīe effusiōis aq̄: ꝛ assidua inūctiōe cū oleo ꝛ aq̄ cōquassatis et multitudīe ablutiōis ī balneo: ꝛ tōsione eoꝝ ꝛ rasione eoꝝ ꝛ ligatōe ſm eq̄litatē assidue.

¶ Eorum autē casus qui fit ex egritudine sicut alopitia et tiria: quarū curatio est vna: ꝛ opꝫ vt euacuetur corpus ꝛ caput in primis: deinde curet exterius cū eis q̄ conueniunt.

¶ De furfure in capite. Cap. cix.

Aut est dominans plurimus antiquus: aut est infra illam: ꝛ sufficit quidem in curando illum qui non est superfluus abrasio capitis ſm assiduationem: et vt inungatur omni nocte cū oleo tepido: ꝛ abluat in mane cum aqua calida et fricetur in balneo cum dragagantis: aut cum mucillagine psilij et mucillagine seminus citoniorum et altee albe.

¶ Ille autem qui dominans est antiquus plurimus indiget solutione cū aliquibus pillulis: quas diximus de illis in quibus ponuntur aloes: ꝛ pulpa colloquintide: deinde post id assiduet radere caput: ꝛ inūgere: et balneū. et abluere ipsuꝫ cum medicinis que habēt fortē abstersionē semel:

et cũ eis que habẽt viscositatẽ iterũ sicut medicamẽ forte in remouẽdo furfures ex eis que dicem⁹:ꝛ medicine lenes narrate ad furfures ex eis q̃ dicem⁹ ꝛ caueat ab oĩb⁹ q̃b⁹ inest vapor et ascensio quo vaporẽ faciũt et eleuationẽ ad caput:ꝛ ꝓprie cepis:alleis:ꝛ porris:et sĩlibus ex eis:et ex illis que iam diximus in egritudinib⁹ capitis:ꝛ multiplicet cõmixtionẽ vini.et potationẽ olei alicuius sup̱ expressionem vue. ¶ De paruis pustulis in capite. Ca.cx.

ESt ex genere apostematũ in quibus est paruũ foramen et valde subtile plenũ humorositate subtili ꝛ humiditate viscosa pauca. Et eius apparitio similis est apparitioni egritudinis que dicit̃ fauus et accidit in cute capitis et eius quidẽ foramen est latius et maius foramine sahafati:et in foramine eius est humiditas similis mellifaui:et iste aut sunt recentes aut antiq̃:ꝛ vnaqueq̃ eoꝝ aut est humida aut sicca est. Cum sunt sicce:cura eoꝝ est sĩlis cure furfuris. Verũtamẽ oportet vt confortetur ꝛ addatur inunctiõe cum cera et oleo ꝛ mucilla.adipibus fricatiõe cũ sinape ꝛ rasione ante inunctionem.

¶ Et cum non est antiqua:sufficit fricatio:cum v̱o est antiqua tũc eget vt fricetur ꝛ abradatur donec recedat ab ea asperitas:et currat ex ea sanguis:deinde fricetur cũ oleis et adipibus et mucillaginibus ꝛ embrocetur cum aqua calida:ꝛ vaporetur donec rubeat locus eius:deinde liniatur cum oleis et adipibus et mucillaginibus et cera et adipe galline et anatis ꝛ dragagantis.

¶ Humide vero que non est antiqua: sufficit vnguentum rubeum sine fricatione et oleum ro.cum corticibus granatorum et merdasengi cum aceto.

¶ Antiqua v̱o ĩdiget vt fiat flobotomia cephalice:aut ex venis q̃ apparẽt in capite:ꝛ vt fricet̃ ꝛ radatur ꝑm quantitatẽ sue necessitatis donec resoluatur caro mala cocta: et currat ex ea sanguis plurimus:ꝛ ponant̃ super ipsam sanguisuge post fricationẽ:deinde liniatur cũ epithimate sahafati fortis exiccationis. Et confert etiã ei assidue linire cum psilotro abradente pilos vsq̃quo exiccentur decẽter. deinde liniatur cũ eis que diximus in sahafati sicca.

¶ De rectificatione coloris. Cap̃.cxi.

Corruptio coloris aut fit egritudine: aut successio ne egritudinis vt in ycteritia citrina et nigra et in conualescentia: aut fit propter corruptionem complexionis. Et cura eius est curatio illarum egritudinum. ¶ Illius autem que fit in conualescentia cura est confortatio et cibatio. ¶ In sanis fit pallor ex sole: vento: frigore: et quandoque rubet facies valde: et incipit habere eminentias: et quandoque est citrinitas absque egritudine. Cura palloris est assiduatio introitus balnei: et inclinatio super vaporem aque dulcis calide: et si tunc sufficit illud bene est: et si non: administra gumeram quam dicemus.

¶ Rubedinis autem que super faciem dominatur et eminentiarum: oportet ne cura tardetur: quoniam est mala. et confert ei ventosatio cruris et flobotomia vtriusque cephalice. et dilatatio eorum quibus strictura fit in capillis vel in cute: et dimissio vociferationis et dimissio omnium que prouocant sanguinem in facie ex lectione alicuius rei et retentione anhelitus: et longitudine iacendi super faciem.

¶ Cura quidem eius est flobotomia frontis post flobotomiam cephali. et extremitatis nasi: et vt liniatur cum sapone: et dimittatur donec ipsum sugat: deinde abluatur cum aqua calida multotiens et apponantur sanguisuge post id super locum eminentiam habentem et deuitet omnia que multiplicant sanguinem vt vinum: carnes: et confectiones de melle proprie et vtatur balneo assidue et inclinatione super vaporem aque calide: cum non est presens balneum aliquotiens: et liniatur cum epithimate asahafati forti cum humectatur ex ea aliquid: et abluat faciem suam post balneum et inclinationem super aquam calidam hora vna cum aqua frigida: et caueat ne obuiet frigori et vento vehementi cum facie sua: et cum illud acciderit ei: succurrat ei eundo ad balneum.

¶ Citrinitati autem sine egritudine confert vt comedat omni die gallinam assatam pinguem: et bibat vinum dulce et comedat ficus et granata dulcia: et sorbeat vitella ouorum sorbilium: et comedat cicer album et sumat altih in quibusdam horis et ex cibario in quo sunt allia et conferunt ei scoria ferri et confecta et assiduatio balnei et fricatio faciei et gumera cum rubificantibus que dicam.

¶ Pannus faciei. Cap. cxij.

Est autem antiquus et non antiquus: niger et minus niger: cui quidem confert flobotomia cephali. et decoctio epithima et dimissio omnium que in facie sanguinem

prestant ex eis que iam diximus: deinde epithimare cum semine rafani & amigdalis excorticatis: et farina fabarũ: et semine melonis: & embrocetur cũ aqua croci hortulani et cum aqua mellis. ¶ Antiquus vo niger indiget medicinis fortib⁹ cum hoc: sicut simine eruce: terra argẽti viui: pipere: baurach: et qñq; nõ valet ĩ eo nisi epithima cũ arsenico citrino et qñq; necessariũ est in ipso semẽ almezeriõ: et ponere sanguisugas super ipsum: et staphisagria delet pannum et vestigia que assimilentur.

¶ De lentiginibus & baras. Capm. cxiij.

Quedã sunt nigre: et quedã rubee & oẽs sunt difficilis curatiõis & pprie nigre. Et cura eorꝫ est sicut curatio pãni. Verũtñ opꝫ vt fortior fiat: et multiplicet solutio vẽtris cũ eis q̃ educũt melãcoliã: & supponatur gumera locis punctorꝫ tñ cũ medicinis fortibus ex medicinis pãni. ¶ De vestigijs variolarũ. Cap. cxiiij.

Vestigia variolarũ indigent eis q̃ impinguãt corpus: & balnea assiduet donec deleat earũ pfundatio: cũ autẽ equant liniant cũ litargiro albificato cũ oleo ro. & radicib⁹ cãne siccis & semine melonis: & farina rizi et ossib⁹ antiq̃s cũ aqua ordei. ¶ Et si vestigia decliuia fuerint ad nigredinẽ: admĩstrabis epithima post balneũ: aut post vaporationẽ cũ aqua ca. et addes ĩ eis medicinas fortes: sicut semen eruce: semen rafani & grana de ben: & costum. Si vo sunt siles granis lupinorꝫ: tũc fac eis adherere leniẽtia: sicut medicamẽ de dactilis qd est hoc: cõterãtur dactili carnes cũ medulla panis simulaginei: et fiat vt adhereãt desup: et cõterant ficus plurimi mellis cũ semine lini: & mucillagine eius cũ quo cõficiatur farina simile: & emplastretur cũ eis et embrocent cum aqua calida plurimũ et inungant cũ cera & oleo de keiri: & adipe galline: et anatis. ¶ Vestigia percussionis. Cap. cxv.

Quam sunt rubea cõferunt eis oĩa epithimata lenia remouẽtia pannũ: et cũ sunt nigra aut violacea: confert epithima de arsenico citrino cũ aqua coriãdri humidi ponẽdo epithima: sup epithima multotiẽs & liniant cũ lapide piperis: et semie eruce post inclinationem super aquã calidam.

¶ Algosim. Capm.cxvi.

Eradicant algosim omnia que vlcerant cutem velociter sicut vnguentū de anacardis: sapo: allia et similia: liniatur desuper donec vlceretur: deinde curentur vlcera ꝛ eradicentur cum lenitate tēpore longo: aut abluatur cum aqua ꝛ sale: deinde dissoluat̄ gluten albotin cum pice humida: deinde liniat̄ desuper et dimittatur tribus diebus. deinde fricetur et scapelletur cum sapone et liniatur donec videat̄ quod iam deletū est: deinde curetur cum vnguento consolidatiuo.

¶ Impetigo. Capm.cxvij.

Est res similis sahafati sicce: cui confert assiduatio inunctionis: ꝛ vt fricetur vehementer: deinde liniatur cum oleo ꝛ omnibus lenificātibus. et cōfert etiam vt fricetur cum acetositate citri: ꝛ liniatur cum acatia et aceto ꝛ armoniaco aut cum mugath et aceto. et confert et oleum de tritico et oleum de corticibus nucum viridium. Cum autē antiquatur et fit sahafati indiget sanguisugis et fricatione ꝛ omni cura a sahafati antique.

¶ Morphea. Cap̄.cxviij.

Alia est alba alia nigra: alba cum est antiqua: deterior est nigra. ¶ Et cura morphee dum non est antiqua: est vomitus et abstinere a cibis humectatiuis: sudare in balneo: et assiduatio trifere minoris et zuccari ro. confecti cum mastice et thure et solutio cū medicinis quibusdam in quibus est turbith et colloquintide pulpa: et frigare donec rubeat. Si ergo sufficit bene: et si non: liniatur cum cepe aut tapsia: aut cum rubea tincture cum aceto forti.

¶ In antiqua autē oportet vt incipiatur cū flobotomia ꝛ assiduetur iunctio cum medicinis quas narrabo ad hanc egritudinem et ad albaras. Et similiter epithima.

¶ Nigre cōfert flobotomia ꝛ solutio ventris cum eis que educunt melancoliam: deinde liniatur cum omnibus epithimatibus fortibus panni. Et prohibet ipsam valde: aut destruitur ꝑ id si impinguatio corporis fiat: et assiduatio balnei et vinum album subtile.

¶ Baras. Capitulum cxix.

Alia est aspera et est facilioris sanatiõis lenis autem et antiqua ꝓfunda in carne valde et est illa que non rubet propter fricationẽ et de qua non egreditur sanguis cũ acus figitur in ea: imo egredit̃ ex ea humiditas aquosa: nisi vltimatio fiat in figẽdo sup superficiem corporis est difficilis sanationis. Cuius cura est cura morphee albe. Verũtamen cũ fortiorib⁹ epithimatibus ꝛ medicinis bibitis quas dicã: et tingit̃ et alterat̃ cũ colore tincture: et fit similis colori cutis et dicam eam.

¶ Lepra. Capi. cxx.

Hec egritudo aut est incipiẽs: aut iã inuasit ex corpore aliqd aut iam ꝑuenit ad vltimũ finium eoꝝ.

¶ Signa incipiẽtis sunt raucedo vocis: et strictura anhelitus et ꝯturbatio albedinis oculoꝝ: et rubedo faciei ꝛ tuberositas eius: ꝛ paucitas piloꝝ ꝛ subtilitas eoꝝ: ꝛ casus eoꝝ Et in hui⁹ hora opꝫ vt curetur flõmia omni mense ꝑter qḋ vltimatio fiat in extractione sanguinis et solutione vẽtris in oi hebdomada cũ eis q̃ educũt colerã ni. preter qḋ illud fortiter fiat ꝛ perueniat̃ in aliis dieb⁹ ad balneũ et caputpurgiũ cũ oleo viol'. et de cucurbita ꝛ de nenufare et inunctione cũ eo ꝛ ad cibos leues ꝛ humidos ꝛ dulces velocis penetrationis qui tenerũ faciũt corpus et ĩpinguant ipm: et ad potãdũ lac qḋ est ex aialibus iuuenibus sanis: et sorbeat sorbitiões factas ex eo ꝛ zuccaro albo: et ol'o amigḋ. et ad vinũ subtile albũ cũ cõmixtione aq̃ que est ad multitudinem q̃ est maior et ad trãquillitatẽ et somnũ vsqꝫ q̃ pñs sit hora flõmie: et medicamine scḋo. Sanat̃ enĩ hac cura.

¶ Caueat oẽs cibos incrossantes sanguinẽ et calefaciẽtes ipsum de his q̃ diximus in cura mel'ie: et sumat omia que multiplicant prouocationẽ vrine.

¶ Cũ ergo hec egritudo inuadit corpus et fortior fit raucedo: et facies tuberosa: et curuantur digiti: et deturpatur forma et spasmãtur iuncture ꝛ tuborose fiunt iuncture: tũc hec cura quã diximus cõuenit ei et non additur.

¶ Et antiqui quidẽ iam cõuenerunt ꝙ carnes vipere ꝛ tyriaca facta cũ ea sanat: nobis aũt non est experiẽtia in ea. Sed est auditum ꝛ creditum.

¶ Et dixerũt etiã ꝙ ꝯfectio noiata alburachil sanat ex ea.

Et ego quidē narrabo qualiter preparet vipera ad hāc egritudinē: et que ꝑparatio sit ei⁹ in iure cū decoctiōe et q̄ preparatio sit ei⁹ in vino: et que preparatio sit ei⁹ in medicina cōfecta preparata ad hanc egritudinē ꝓprie: q̄n aūt vlcerat corpus et currit virus: et fetet corpus. tūc cura ei⁹ est vt iūcture cauterizent vt indurent loca earū: vt nō cadāt mēbra tm̄: et assiduet flōmia basilice et duarū guidegi: vt nō prefocet et cū tina vt liniat pect⁹ eius et inspisset anhelit⁹ et cū caputpurgio et hūectatione quā diximus: et ꝓlonget tēpus eius et minoret corruptio vlcerū eius et putrefactio et corrosio eorū: et vt permutetur ad regionem aeris humidi valde: non superflui frigoris neq̧ caloris: et assidue vtat potu lactis ouium: quoniā prolongat permanētiam eius.

¶ Pruritus et scabies. Cap. cxxi.

Alia est hūida alia est sicca. et sicca q̄dē fit ex mlti tudine vsus salis: et alcaugamic et reliquorum que adurūt sanguinē ex cibis et medicinis sicut allia: cepe vinū purū: amarū: calidū mel et sināa: et ex paucitate balneorū et mutatiōis pannorū: et ablutionis corporis assidue. Cum ergo aqua est citrina et alba et reliqua signa sunt in dispositione sanitatis corpis. sufficiūt in cura eius balneū et fricatio corporis cū furfure et farina ciceris cum baurac: et quādo est crossior abluatur cum aqua dulci et cōfricet cum ace. et oleo ro. cum aqua apij expressi: aut aqua camomille: deide abluat iterū cū aqua dulci cal'a et oleo ro. vngat: fiat id dieb⁹ aliquot. Si aūt est res crossior ista indiget epithimate scabiei sicce: q̄ si cū ea vrina nō est citrina: aut minus q̄ citrina: sed est in ea calitas: et apparēt in ea signa dn̄ij colere rubee incēse: necessariū est q̄ fiat flōmia ī primis: deinde purgetur cum decoctione mirab. et epithimi sene et fumi terre ex eis que dicemus. deinde vtatur balneo et omnibus que diximus: et vitet omnes cibos salsos et acutos et dulces: et comedat insipidos et acetosos.

¶ Humida vero indiget flobothomia et sol'one ventris fm crossitudinē rei eius: et indiget fortitudine epithimatū fm humiditatem suam: et quanto est humidior: tanto fortiori medicina indiget in desiccatione. Reliquum aūt regimen eius in cibis et medicinis est vinum.

¶ Saro. Cap.cxxij.

Fit ex calido vapore p̄rimo accidēte in corpe subito: cuius cura est flōmia ꝛ lenificatio ventris cum aqua prunorū: et sumat in potu aquam agreste et aquā granatorū acetosorū et ribes et lac acetosum ꝛ cibet cum talsil ꝛ cibis cōgelatiuis et stipticis ꝛ frigidis ꝛ aqua agreste et lacte acetoso: et confert ei infusis grisomilorum acetosorum et est necessariū vt in hora commotiōis eius. et euentus angustie et tristitie vt ingrediatur eger in aquam calidam: quoniā alleuiatur ab ea et tumescit corpus eius: nam aer frigidus cōmouet eam cum ei associatur.

¶ De asaphati. Cap.cxxiij.

Non cōmonet nisi in iūturis ex multitudine sudoris ꝛ negligētia ablutiōis eius. cū ergo multiplicatur sudor. opꝫ vt abluat ipm ille cui assidua fit alasafi in die ad min⁹ semel cū aqua frida: ꝛ cū addit est recti⁹: ꝛ abluat loca in q̄b⁹ ē assueta alasafi: ꝛ post illō opꝫ vt liniat ea cū aq̄ ro. ꝛ aliquātulū cāphore ꝛ aceto. id nāq̄ѕ prohibet ipsam gn̄ari: cū ergo egredit curet cura asahafati.

¶ Veruce. Cap.cxxiiij.

Cum multiplicant in homie necessariū est extrahere sanguinē ꝛ soluere vētrē cū eis que educūt melācoliā: ꝛ adhibere regimē qd̄ gn̄at flegma recēs et hūectet corp⁹ ꝛ impinguet: sicut est dilatari in cibis laudabilis humoris ꝛ pauce crossitiei: et assiduatio balnei calidi temperati ꝛ multitudo ociositatis et vinū subtile p̄rime cōmixtiōis. ¶ Cū aūt sunt pauce tunc nō curant ipsemet nisi cum eis que ipsas incidūt ꝛ ex eis quib⁹ delētur est vt fricetur cū folijs capparis humide aut cum xilocaractis nabati humidis: est enim forte experimentū: aut rascētur ꝛ linian tur cū vnguēto anacardino: aut cū sapone: aut cum medicamine acuto: qm̄ facit eas cadere: et delentur eo: aut ligentur radices earum cū capillis donec cadant: aut comburantur radices earū cum virgis mirti humide.

¶ Ragadie in facie labijs pedib⁹ ꝛ palmis. Cap.cxxv.

Cum nō sunt fortes antique curant cū eis q̄ liniuntur: ꝛ inūguntur super eas. qm̄ vō sunt fortes antique est necessariū vt infirmo det in potu oleū die=

bus aliquotꝫ impinguet cibus eiꝰ ꝫ multiplicet ꝯmixtio in vinoꝫ administret aqua ca. ꝫ detur in potu de oleo super expressionē vue ꝫ super decoctionē passularū: de quo sumatur omni die quātitas. ℥. ij. cum. ℥. ß. olei sisami excorticatiꝫ fricetur palma cū vua alba fricatione bonaꝫ: ꝫ silr pedes: ꝫ cōfert vt ponatur mēbrum in aqua calida donec intumescat: deinde fricetur cū dragagāto cōtrito: ꝫ si suppuratio fiat in carne donec currat ex ea sanguis: tunc curetur cuz vnguento quod noīatur anacardinum: aut vnguento squillitico: et confert ad ragadias proprie in labio: vt inūgatur labium: ꝫ fiat vt adhereat ei pellis oui ꝫ canne super labium.

¶ Et q̄nq̄ curant cū adipe galline cū gallis contritis sicut alcohol: ꝫ dragagātum: quibꝰ inungat inunctiōe bonaꝫ inuoluat super eas pellis oui: aut inungat cum cera auris.

¶ Apostemata calida. Cap. cxxvi.

Alia sunt sanguinea: alia colerica: ꝫ cōicat eis simlr caliditas loci. Verūtamē rubedo ꝫ extēsio sunt i sanguineo plus. Et curatiōi eorū inest terminus: necessariū. n. est in inceptiōe q̄ ꝓhibeat eorū gn̄ationē: aut faciat ea minora q̄ sint. Et illud quidē fit in sanguineo cum flōmia ex latere cōtrario. Sed in colerico cū solutiōe colere ex eis q̄ nō plūmā faciūt calefactionē sicut syrupꝰ de prunis: ꝫ syrupꝰ ro. ꝑdictꝰ ꝫ syrupꝰ viol. ꝫ lac acetosuz: ꝫ aqua casei cū scamoniū. deinde cuz epithimatibꝰ super locū. sed in sanguieo cū illis q̄ infrigidāt ꝫ stipticitatē faciūt: sicut sunt sandali rose: si est memite: camphora: aqua ro. acetum.

¶ In colerico cū eis in q̄bꝰ est īfrigidatio ꝫ hūectatio sicut psiliū cōquassatū cū aqua citroloꝝ: ꝫ sicut rasura cucurbite ꝫ citroli ꝫ portulaca cōtritaꝫ silia ex herbis frigidis: itavt cum stat apa ꝫ nō addit: sint necessaria illa que resoluūt cū facilitate de quibꝰ aliquid misceatur cū medicinis primis: ita vt cū quieuerit pulsatio tota ꝫ dolor singulariter apponantur resolutiua. Sed colerica parū indigent resolutiuis quoniā resoluuntur per seipsa post statum ipsorum.

¶ Sanguinea indigent vt adiuuētur cum eis que resoluunt ꝑm debilitatē temporū ipsorum: ꝫ perueniūt sanguinea ad vnam trium rerum aut sanant cū resolutione cuius signum est q̄ minoratur apostema cum diminutione pulsationis et

doloris. Aut collectionē faciunt saniei: cuius signum est qꝫ assiduatio est pulsationis et nullam excusationem facit infrigidatio: deinde sedatur pulsatio: ⁊ lenitur apostema
¶ Aut fit apostema durum: cui⁹ signū est qꝫ sedatꝫ dolor: et minoratꝫ apa: ⁊ additur eius durities. Indigēt itaqꝫ primū eis que adiuuāt materiā ad resolutionē ꝑm quātitatē calidi tatis sue ⁊ sui tēporis. ⁊ scḋo indigent eis que iuuant materiā vt maturetꝫ velociter ⁊ sanies cōgregetꝫ. ⁊ aperiatur tertiū indiget vt studiose cōsideretur. qm̄ ipm quādoqꝫ fit apa durum quod nō sanatꝫ: cuius cura est lenificatio qn̄qꝫ: et resolutio ipsius qn̄qꝫ. et nō fiat oꝑatio in ipso cum medicinis que resoluunt et remanet ex eo aliquid quod in lapidē conuertatur. Sed cum vides indurari a resolutiōe dimitte resolutiua et cura ipsum lenitiuis donec liniatur. deinde reitera resolutiua donec resoluatꝫ a postremo suo. Hec ergo est cura apostematis calidi.
¶ Apostema autem frigidum est apostema molle. flegmaticum ⁊ durū: scrofule. ⁊ nodi ⁊ ademenil et cancer. et ignis alferisiati et formica et vestia vlcerū et vulneruꝫ. et percussionis et casus et herisipilla et restauratio ⁊ exiture ⁊ summe eorum et cause difficultatis incarnationis vlcerū ⁊ reliqua que necessaria sunt in regimine viatorū ⁊ cura venenorum et animaliū venenosorū non diuidūtur addendo super illud quod est in almansore iungātur ergo cum hoc libro.

¶ Apostema frigida. Cap. cxxvij.

Hoc est quattuor generum ex flegmate subtili: aut ex flegmate crosso: aut ex colera nigra: aut ex ventositate signa eius qḋ fit ex vētositate sunt qḋ est lene molle leue sicut vter inflat⁹: quod cū ponūtur sup ipm digiti cōprimitꝫ ⁊ non remanēt vestigia. Et cura eius est vaporatio cū farina ordei calefacta: aut cum farina milij: aut cū cinere: ⁊ melior est cinis quercus: deīde iungatꝫ cū aliquibus oleis calidis: sicut sambacino et de ben. si ergo sufficit bene: et si nō sufficit cū emplastris que sunt de cinere quercus ⁊ cinere ligni vitis cōfecto cū aqua iuniperi ⁊ cipressi ⁊ tamarisci et ligetur et caueatur repletio ex vino et cibo et aqua et olere ⁊ granis. et fac eum pati famen et sitim.
¶ Ex flegmate subtili signum est qꝫ est molle. Sed est cum

eo aliquantulũ spissitudinis ⁊ est ei grauitas et cõmunicat istis tribus albedo coloris: ⁊ omnibus istis quattuor generibus hoꝝ apostematũ cõmunicat frigus in tactu.

¶ Et cura eius est sil'is cure apõatis ventosi. Et cõfert ei qñ fricatur oleo et sale: deinde imbibiť pannus aqua ciceris quercus vel vitis et poniť suꝑ ipsum: et ligať cũ panno. et ꝯfert ei liniri ex oĩbus emplastris q̃ administranť apõatibꝰ calidis ĩ fine eoꝝ: et ꝯfert ei epithima de fausel qđ dicemꝰ.

¶ Ex flegmate crosso est albi coloris frigidi tactꝰ. Sed cũ eo durities. Si ĝ est magnũ necessariũ est vt eger euomat et soluať. deinde cureť ſm ꝙ diximus in podagra frigida.

¶ Ex colera nig. est frigidi tactus. Sed est cũ eo multa durities. et ſm quãtitatẽ duritiei ipsius est difficilis sanationis: et est ex ipso qđ cum indurať non sanať: ⁊ in colore eiꝰ est tenebrositas: et si cum hoc super ipm̃ apparent vene rubee: et est in ipso pulsatio: ⁊ aliquantulũ caliditatis tũc est cancer: et non sanatur: et opꝫ vt ei succurratur blãdiendo: ne vlcereť: et quãdoqꜫ estimat stolidus ꝙ sit nodus et perforat ipsum: et fluit sanguis. Et differentia inter nodum et cancrum est: q꞉ cancer pulsat: nodus ꝟo non.

¶ Et eius cura purgatio est corpis cũ catartico et subtiliatio cibi cum eis que diximus in fine apostematis calidi ex lenificatione qñqꜫ et resolutione alia vice: cum leniẽtibus et resolutiuis que dicemus in antidotario. ⁊ iam diximus de eis aliquid in cura podagre. ¶ Cancer. Cap. cxxviij.

Istud est apostema et quandoqꜫ accidit incipiẽdo ⁊ quandoqꜫ post alia apõata calida: q̃ indurãtur qñ est incipiens cũ cura succurriť ei qñqꜫ stat ⁊ sanať.

¶ Et signa eius sunt ꝙ incipit apostema simile auellane ⁊ minus: deinde augmentať ſm dies cũ duritie vehemẽti et tenebrositate in colore: et rotũditate in figura et aliquãtulo caliditatis in tactu: et qñ incipit magnificari: apparent in eo vene virides ⁊ sunt ei radix et penetratio in corpore.

¶ Et cura eius est cura quã diximus in capitulo merie ⁊ cura lepre. et flobothomia et assiduatione eoꝝ que educunt melancoliã et permutatione sanguinis totius corpis cum sanguine nouo subtili aquoso tẽperato per cibos humectãtes laudabilis humoris ⁊ boni. deforis aũt non est species

in resolutione eius. ¶ Uerũ cum nõ est in eo caliditas neq3 pulsatio: tũc non op3 nisi vt curet corpus ei⁹: vt non augeatur tantũ. ¶ Si autẽ cum eo sunt calı̃tas ꝛ pulsatio: tũc o3 vt blandiẽdo succurrat ne vlceretur ita vt infrigidet et nõ permittat egrum dormire sup ipsum: neq3 calefaciat ipm. ¶ Et ꝯfert ad id vt liniatur ex mucillagine psilij et cerusa plurima: aut aceto ꝛ luto. ¶ Si autẽ vlcerat: tunc vlcus est turpe malũ valde habens labia rubea et viridia et inuersa ex quo currit sanies mala fetida: et si fuerit in loco p̄parato eius abscisioni omnimode sicut mamillis ꝛ pedibus et extremitatib⁹ oportebit vt incidat et in vltimo auferat: ꝛ cauterizet post illud cauterio ꝓfundo: deinde consolidet. Et si nõ est in loco p̄parato in quo radicit⁹ auferat: tũc curet cũ vnguẽto leniẽte sicut dicem⁹ ad cancrũ vulneratũ.

¶ Scrophule. Cap. cxxix.

SUnt in collo ꝑm plurimũ: et quãdoq3 sunt in inguinibus et in oibus locis in quib⁹ sunt glandes: et eaꝝ signũ est apostema duꝝ rotundũ albi coloris: qd mouet cũ moues ipsum. et qñq3 sunt tres aut q̃ttuor similes nuci in cisti. Cũ ergo ꝯprehendis eas in pricipio: fac egrũ pati famẽ et fac eũ cauere a cena ꝛ sacietate nauseatiua: et fac ipsum vomere et solue cum eis q̃ educunt flegma crossuz ex eis q̃ dixim⁹ et empl'a locũ cum resolutiuis sicut dyaquilon et myrrha: qñ soluitur cũ vino: et ꝯficit in ipso farina fabarũ et amigdalaꝝ amararũ: et bdelliũ cũ aggregatur cuz aceto vini antiqui: aut cũ mucillagine fenugreci et stercus antiquũ qd fit ex stercore antiquo caprino rubeo cum aggregatur cũ aqua caulis aut cũ separino: aut cum oximelle: omnia ista resoluunt scrofulas. ¶ Si autem iam incrossantur aut vlcerãtur: est necesse vt extrahantur: ꝛ nõ remaneat ex eis aliq̃d. nã si remaneat aliq̃d redit: et nõ est ei cura. deinde curetur locus donec sanetur ꝛ cõsolidetur. Et fortasse magnificãtur scrofule donec fiant sicut melon aut maiores et capiunt caput et collum.

¶ Nodi. Capi. cxxx.

ISti sunt plurimi modoꝝ quibus omnibus cõmunicat qd separãtur a carne corpis ꝛ mouent cum moues eos sicut res in cisti et tollerat vt super eos fiat

constrictio: et curantur cum extractione: opz ergo vt super eos scindat͂ cũ facilitate ⁊ subtilitate: nec in seipsis scindatur: immo scindatur cutis ab eis: deinde excorientur ita vt egrediant͂ cum cisti sua: si autem aliqñ findantur cũ diligẽtissime perquirit͂ extractio eius qḋ in ipsis est redeunt ⁊ si remanet ex eis aliquid redeũt. Et de istis nodis est q̃ est sicut glans apparẽs in manifesto palme ⁊ pedis inter focilẽ et rachetã: et super caput dura: cũ premis eã compressione vehementi: fit plana: cuius cura est vt prematur aut conteratur cũ ligno donec plana fiat: et ponat͂ sup ipsum frustũ pergamene cum aloe litio et myrrha et acatia ⁊ glutine piscis: et stringatur sup ipsum valde cũ frusto sue magnitudinis de ligno aut de plumbo. ¶ Adememil. Cap. cxxxi.

Adememil est genus apostematis calidi: qḋ multiplicat͂ in eo qui multum vtitur cibis generantibus sanguinẽ plurimũ minoret ergo cibũ ꝓprie carnẽ: et ꝯfectiones de melle: ⁊ lac et vinũ: et declinet cibũ suum ad acetositatẽ. fortasse eñ faciunt saniei collectionẽ et fit ex eis malitia maxima ledẽs aut interficiens. Cui ergo accidũt post adememil pl'ima: aut post exiturã tremor in corde: aut nausea: aut sudor frigidus: tũc illud signuz est malũ et cura adememil est vt in initio sue inceptionis regatur cũ eis quibus regitur apostema calidũ. ¶ Si autẽ ꝑtrãseant tres dies: et nõ extenuentur sed ꝑmaneat eoꝝ pulsatio et febris ipsoꝝ tunc necessariũ est vt saniei collectionẽ faciant. q̃re iuuetur vt velox fiat eoꝝ maturatio et apertio ex eis que diximus in illis q̃ aggregant saniẽ de q̃bus sunt semen almaru: aut lac aut ficus carnose contrite cũ melle aut massa tritici cum aliquanto baurac: et assiduet regimẽ ipsius: deinde extrahat͂ qḋ in ipsis est ⁊ consolidet͂ locus.

¶ Exitura. Cap. cxxxij.

Cum aggregat͂ materia ad locũ vnuz fit ex ea exitura magna valde. ⁊ multotiẽs accidit in subascellis: et in inguinibus: ⁊ illa que accidit in subascellis ẽ sicca ledẽs. Et illa q̃ est in inguinib⁹ est magna quieta parũper: et qñq3 nõ facit collectionẽ saniei. ¶ Illa autem que est in subascellis fortasse nõ euacuatur a collectione. Et confert ei in principio rei flobothomia. ¶ Illi vo que

est in inguinibus confert flobothomia in basilica ex manu opposita. ¶ Illi vero q̃ est in subascellis in safena pedis oppositi: aut basilica manus alteri⁹: aut ambarum si fuerit res supflua: deinde perueniat ad illã q̃ est in inguinib⁹ inungẽdo cum oleo tepido: resoluet eam et delebit ſm plurimum. ¶ Illa q̃ est in subascellis si non sedat ei⁹ rubor ⁊ pulsatio ipsi⁹ post flõmiã: tũc scias q collectionẽ faciet. ponatur ergo super ipsam illud qđ saniei coll'onem facit: deide pforet cũ maturat et curet: et nõ opȝ vt approximet his exiturã in subascellis vino omnino: qm̃ timentur sup ipsum ex eo accidentia mala. ¶ De balchiati vesicis formica miliari igni persico. Cap. cxxxiij.

Albachiati quidẽ est vlcus cũ bothor et crustis ⁊ cursu virus et est similis sahafati male: cui⁹ cura est sahafati male ſm qđ diximus ex flobothomia et fricatione: donec tota illa mala caro vlceret et appositione sanguisugarũ: deinde ex medicinis p̃dictis ad sahafati. Et confert ei ꝓprie lutũ et acetũ cũ liniuntur super ipsam assidue et excorticet qñ exiccant et fricet donec sanguinẽ emittat: deide iteret sup ipsaȝ: ipsa eñ nõ cessat exiccare vnũ corticẽ post aliũ donec pueniat ad carnem sanã: quare subtiliatur cortex: tunc et sequitur eũ sanitas.

¶ Exeunt in corpe vesice inter q̃s est aqua subtilis similis eis que accidunt ex adustione ignis. quarum cura est flõmia si corp⁹ est plenũ: et detur egro assidue aq̃ prunorum ⁊ aq̃ granatorum acetosorum et taxil: ⁊ oĩa q̃ extinguũt sanguinẽ: et rũpant vesice ⁊ currat ex eis totũ qđ est in eis et liniat cũ cerusa plũbi litargiro: myrtho cũ aq̃ ros. ⁊ aq̃ myrthi hũide.

¶ Exeunt in corpe bothor parue: vna aut plures numero. et apostemat locus q̃ptate paruo et qñq3 scinditur et icipit vulnerari ⁊ vadit de loco ad locũ. ¶ Cuius cura est cum eis que educũt coleram: ⁊ linire ipsam cũ luto armeno dissoluto cũ aceto aut cum epithimate herisipille cum aceto.

¶ Egrediũtur bothor parue similes milio cũ q̃bus est mordicatio vehemẽs: et apostema et cursus virus et color bothor est albus: et qđ est super eas ⁊ in circuitu earum de carne est rubeũ. Cui quidem confert flobothomia et solutio ventris cum aqua fructuũ. ⁊ eis que educũt coleram cũ humi-

ditatibus sicut sunt mirabloani citrini: et scamo. deinde li
niatur locus cū gallis et cortice granatorū et carmesich et
sandalis: et luto armeno soluto cū aceto et aqua rof. et aq̄
clara s̄m mēsurā qua nō mordicet acetū et conferūt ei trocisci
andiaron et mesion et sif̄ia. ex illis q̄ sunt forti stipticitatis.
¶ Quandoq̄ in corpore egrediuntur bothor et incipiunt
velociter peruenire ad hoc vt fiant cruste nigre aut virides
aut fiat illud qđ est in circuitu eorū rubeū: aut coloris pauo
nis: tunc id nominat̄ erisipila et ignis persicus cuz quo est
inflāmatio vehemēs valde. et oz quidē vt extrahatur san=
guis cū flobothomia ex loco opposito eductione plurima
donec accidat sincopis. verbi gr̄a. et perueniatur ad infir=
mum cū eis que subtiliant sanguinē absq̄ acuitate: immo
humectant ipsum. et addunt in aquositatē eius. sicut aqua
ordei. et aqua melonis indi et aqua cucurbite assate et mu
cillago psilij. et nō dentur in hac egritudine ea que incros=
sant sanguinē penitus. Sanguis nāq̄ cū eo est crossus in
seipso. et ponātur sup locum vlceris medicine fortis stipti=
citatis cū aliquātulo acuitatis: sicut sunt trocisci andaton
cū ponitur in eis calcadis: aut flos eris aut hoc medicamē
qđ est propriū ad hāc egritudinē cuius confectio. ℞. gallas
immaturas q̄ terantur cū aceto aut liniat̄ ex albumine cū
aceto: aut sumat̄ alumen et quātū est decima eius floris eris
et liniatur cū eo: cū vlcus est malū et mouetur et ambulat
paulatim. Si autē incipit perambulare: tunc opz vt proij=
ciatur sup ipsum medicamen acutum aut cauterizetur.

¶ De herpete estiomeno. Cap. cxxxiiij.

Herpes estiomenus cū accidit ab vlcere malo: aut
bothor nigra: aut viridi: aut ea que hz colorē pa=
uonis incipiens ambulare et dilatari velociter:
tunc opz vt festinetur ad cauterizandū ipsuz: aut proijciatur
super ipsum medicamē acutum et liniat̄ in circuitu eius cū
luto et aceto. Cum ergo denigrat̄ et mollescit ingredo. tūc
ponat̄ super ip̄m sulphur cōtritū confectū cum butyro vna
vice post aliā donec cadat nigredo: et iteretur illud donec
cadat caro corrosa mala tota. deinde abluat̄ cum aceto et
aqua et curetur cū medicamine generatiuo carnis. et nō sit
negligētia in ipso: q2 occupabit ex corpe locum plurimū.

¶ De antrace. Capm.cxxxv.

Hoc aliud est rubeũ.et aliud viride.ꝛ aliud nigrũ. et vnũquodqȝ est malũ.et signa eius sunt bothoꝛ et apostema cũ quibus egredit̃ inflãmatio vehemens ledens valde pertransiens mensurã in hoc:et fit qꝺ est in circuitu eius velociter nigrũ aut viride:et accidit cũ eo vomitus et pulsus cordis et sincopis et si sup̃fluunt iste intentiões cũ eo est mortiferũ cito ſm plurimũ:et nõ opȝ vt flõmia fiat cũ hac egritudine. Sed festinet̃ et dent̃ infirmo oĩa q̃ confortãt coꝛ cũ infrigidatiõe ex eis q̃ diximꝰ in caplo calefactiõis cordis:ꝛ conferunt ad illud granata acetosa:et acetositas citri:ꝛ odoramentũ redolentiũ frigidorũ. ¶ Si aũt in aere fuerit pestilẽtia:tũc erit malũ:et cõferũt ei illud qꝺ sumit̃ ex cibis cũ lentibꝰ excorticatis ꝛ aceto et cibis cõgelatis:et omne qꝺ incrossant sanguineȝ confortat coꝛ et extinguit superfluitatẽ caliditatis: ꝛ conferunt ei vt aggregetur in circuitu eius nix plurima.ꝛ hoc quidẽ plurimũ accidit in autumno et in fine estatis.

¶ Intẽde ergo in curatiõe eius cũ medicinis cõfortãtibꝰ coꝛ cũ infrigidatiõe:locũ autẽ scalpella ꝛ ablue sanguineȝ eius cũ aqua ca.ne cõgeletur ꝛ nõ currat ꝛ sugatur suctione leni:vt egrediatur paulatim:et non liniatur epithimate frigido:imo cum vides ꝙ iam accidit ab epithimate et aqua frigida pulsus cordis additus tunc incipe et embroca ipsum cũ aqua calida:et calefac ip̃m: ꝛ pone super locũ cum infirmus est sedens in domo:et in circuitu eius quod ꝓhibeat̃ frigus ꝓuenire ad corpus ꝛ subleua plurimũ intẽtionis tue ad conseruandũ virtutẽ ꝛ infrigidandũ coꝛ:loci vero ipsius curatio non est possibilis:nisi post illud.

¶ Cum ergo alleuiat̃ pulsus cordis et deletur:ꝛ virtus est fortis:tũc ꝯsidera.ꝛ si est ꝑambulãs:cura ip̃m cuȝ eis q̃ diximus.et si iam denigratũ est:tũc cũ eis q̃ diximꝰ etiã ꝛ si indiget vt cauterizet̃ cum incipiens malũ: cauteriza ip̃m: deinde consolida.

¶ De adustione ignis. Cap̃.cxxxvi.

Confert adustioni ignis vnguentũ de calce.et vnguentũ ceruse.et magis vltimũ ꝙ experti sumus ad hoc est vnguentũ albũ. et cũ est res magna et plurima idiget flobotomia ex latere diuerso:aut opposito

deinde curetur cum vnguēto albo. volo ꝙ intelligatur per vnguentū albū: illud quod est factū de cerusa et oleo ro. et cera ⁊ nō de plurib⁹. ¶ De panaritijs. Ca. cxxxvij.

Confert huic vt igniat̄ oleū ne adurat̄ taliter: et imprimat̄ in ipo. Si ergo sedat̄ pulsatio: ⁊ sanat tūc illud sufficit. ⁊ si nō: tūc ponat̄ super ipz qd̄ sanie faciat collectionē. ¶ Cū ergo colligit̄ sanies et maturatur perforet̄ foramine quo ⁊ exprimat̄: deide curet̄ illd̄: vt nō capiat radicē vnguis totius: et curet̄ cū medicamine gn̄atiuo carnis et qn̄qȝ confert ei in principio vt liniat̄ cū erugine ferri ⁊ aceto. ⁊ ponat̄ in niue vsqȝ quo obstupescat.

¶ Cura vlceꝝ vulneꝝ recētiū ⁊ putridoꝝ ⁊ antiqꝝ. cxxxviij

In curatōe quidē vulneris recētis: cū nō est magne quātitatis ⁊ ꝓfunditatis sufficit vt cōiungant̄ extremitates eius decēter et ligentur: ⁊ caueatur ne oleū cōtingat ipm aut cadat inter labia eius pilus: qm̄ illud ꝓhibet incarnationē. ¶ Si autē ꝓfundū fuerit tūc necessariū erit tibi: vt sup ipm ponas vngm̄ carnis gn̄atiuū. ⁊ sufferas et liges: ⁊ si declinat labiū vulneris vnū ⁊ elongatur ab altero ad aliquā partiū tūc liget̄ ab illa parte: et declinet̄ ad partē oppositā: ⁊ si declināt labia ei⁹ ad duas partes simĺ ⁊ elōgat̄ vnū labiū vulneris ab alio tūc liget̄ vtrūqȝ. ⁊ si ex magnitudie vulneris ꝯsequat̄ vt nō cōiūgat ipm ligatura cū ipm decēter ꝯstringim⁹ tūc opȝ vt suatur in vno loco aut in duob⁹ aut in trib⁹ ẜm quātitatē q̄ non permittat labia vulneris disiūgi. ⁊ si fuerit i eo virus ꝓhibēs ipm ꝯglutinari erit necessariū medicamē exiccatiuū ⁊ abstersiuū virus ⁊ ꝓhibēs currere ad ipm vir⁹ aliud. ¶ Cū ergo ꝑforat̄ bubo vel vuln⁹ vĺ exitura oȝ ꝑforet ipm in inferiore loco ei⁹ vt nō retineat̄ in eo aliq̄d de sanie: sȝ effundat̄ totū qd̄ est in his: ⁊ ꝯstringe ipm in sup̲iori p̲te ei⁹ fortius q̄ꝫ inferiori: ita vt effundat̄ sanies cū facilitate. ⁊ minora cibū vulnerati in primis dieb⁹ ꝓprie si nō egredit̄ ex sanguis plurim⁹. ⁊ fac ipm inclinare ad acetositatē ⁊ si rubet qd̄ est in circuitu vulneris ⁊ incipit apari tūc flōma ipȝ ex latere diuerso: ita vt postq̄ꝫ trāsierit tres dies: aut septimana vna. ⁊ ei securitas fuerit apatis: fac dilationē super ipm in cibo paulatim: in principio xo nō: ⁊ ꝓprie: si nō cur

rerit ex vulnere sanguis plurim⁹: etiã qñ vuln⁹ est in latere
icisure aut in loco neruoso ꝓpinq̃ ossi: aut corde: tũc icipe
ꝑforare ipꝫ ne sanies corrũpat mẽbrũ aut os aut chordã.
⁊ qñ ẽ in loco carnoso: tũc dimitte ipꝫ dõec ↄfirmet ei⁹ ma
turatio: ⁊ qñ sup vulnus ponit vngm̃ ⁊ calefacit ipm̃ ⁊ ru=
beũ facit. tũc icipe ⁊ ꝑmuta ipm̃ cũ frigidiore eo: ⁊ qñ de=
tumescere ipm̃ facit: ⁊ facit ipsuꝫ albũ. tũc cura ipsuꝫ cum
vngtõ calidiore eo paulatĩ: ⁊ fiat incisio semꝑ ſm lõgitudi
nẽ corꝑis nõ in latitudine in oĩb⁹ locis equaliter q̃ eminẽ=
tiã nõ habẽt. in locis aũt q̃ sunt flexibilia ꝓcedat cũ flexi=
bilitate accidẽte in illo loco. ¶ Et cũ videris sup vlcus pus
aut albedinẽ: tũc adde i acuitatẽ vnguẽti. ⁊ qñ vides ꝙ cur
rit ex eo virus ⁊ dolor est cũ mordicatiõe tũc seda ex acui=
tate ei⁹ aliq̃d: ⁊ ꝓhibe subtilitatẽ ei⁹. ¶ Et i vlcerib⁹ qui=
dem difficilis sanatiõis ⁊ malis. indiget hñs ea flõmia et
solutiõe vẽtris. deinde curatiõe cũ vngtõ. et in illis q̃ sunt
putride carnis est necessariũ vt curatio fiat cũ vngtõ viri=
di. ⁊ qñ sunt vehemẽtioris putrefactiõis cum medicamine
acuto. deinde cũ butiro. vsq3 quo cadat cortex. deide curet
vsq3 quo sanet. ¶ De fluxu sanguis ex vulnere. Ca. cxxxix.

Oportet vt ꝑparet locus ad suꝑiora et stringat : et
infrideł cũ niue. et sumat sanguis dra. ⁊ aloes et
sarcocolla ⁊ thus trita sicut puluis: ⁊ sumant pili
leporis aut gazel. aut tela aranee. ⁊ fiãt inde tẽte q̃ made=
fiant in albumine oui. ⁊ inuoluant in medicamĩe ⁊ ipleat
inde vulnus: ⁊ pulueriset desuꝑ hoc medicamẽ: ⁊ ligamĩe
cõstringat. ¶ Et qñq3 ↄfert ei hoc medicamẽ cui⁹ ↄfectio
℞. atramẽtũ ⁊ sanguinẽ dra. ⁊ aloẽ ⁊ calcẽ nõ extictã ⁊ al=
bumẽ oui qd administret cũ pilis leporis: aut gazel. aut te
la aranee. ¶ Et si sanguis fluat ex vena icisa tũc signa⁹ eius
sunt exuberãtia ipsius: ⁊ multitudo ei⁹: ⁊ tũc quidẽ est ne=
cessariũ aꝑire vuln⁹ paulatim cũ subtilitate: ita vt ↄsequa
tur orificiũ vene. ⁊ stringat cũ filo lini subtili firmo. deĩde
curetur ita vt stringat qd est supra vuln⁹ cũ ligatura do=
nec ascindat sanguis. deinde pulueriset sup vuln⁹ ex me=
dicamine. postq̃ ↄglutinant labia eius ⁊ suunt et ponant
desuper etiã ex medicamine et albumine oui. et non solua=
tur diebus primis. ¶ Qd si fluxus sanguinis est ex artaria

est magis difficile cōstringere ipm: et signū est eius: qd sanguis eius ipetuose egredit vna vice: et abscindat alia: tūc ergo ē necessariū vt stringat et cauterizet si ē magna: aut adhibeat ferrū quo incidat: et incidat: deide curet locus. ¶ Fluxū vō sanguis q est ex venis labior: abscidit retētio niuis in ore. ¶ Sz flux9 sanguis q est ex sāguisugis abscinditur cū sup ipm inuiscat fabe medietas. et abscidit ipsum etiā vt pulverizet desup puluis molēdini: aut ifrigidet cū niue.

¶ Cura algebre et dislocatiōis et fracture. Ca. cxl.

¶ Confectio trocis.ad yleos conferentiũ vomitui supfluo
seminis apij:anisi. ana.ʒ.ij.ꝛ.ß.fiant trocisci:quorum pon
dus sit ab aure.i.vsq; ad.ij.
¶ Confec.medicine ad vomitũ leuē.℞.cācer nucis vomi=
ce:nigel.se. rafani:anati.ã.baurach sal indi.aã.ps media
dosis.ʒ.iiij.et quādoq; additur in eo quarta.ʒ. de condisi.
¶ Cōfectio medicamis tēperati ↄsequēs finē medicinarũ
fortium ꝛ nō est timor in eo:cancer:condisi nucis vomice:
baurach.ana.fiant trocis.aur.i.dosis ab. aur. vsq; ad.ij.
¶ Cōfectio syrigi de granis ḡnatoꝝ sedās vomitũ: ḡnorũ
granati acetosi lib.ß.sumach mũdificati q̄rta lib.vnius fun
dant desup aq̄ lib.iiij.ꝛ coquat donec pueniat ad.ij.libr.et
colet ꝛ sumāt folia citri.x.folia mēte.x.gariof. aur.ij.gal
lie aur.i.thuris.ʒ.i.corticis fisticiviridis.ʒ.iij.sumant đ eo
in potu cũ adest vomitus vehemēs ↄturbās ꝛ colerica passio
et melius quidē est cũ sumit cũ aq̄ ro.ꝛ si nō inueniunt fo=
lia citri ꝛ mēte nisi sicca:ꝛ sumant de vnoquoq; eoꝝ.ʒ.ij.
¶ Confec.trocis.ad vomitũ vehementē dolorosum qui est
ꝑpter effusiōes maloꝝ hũoꝝ ad stomachũ gariof.ʒ.x.gal=
lie.ʒ.i.cinami.ʒ.ij.enule.ʒ.i.ꝛ.ß.masti.ʒ.i.ꝛ.ß.opij: mādra

gore.añ.ʒ.i.⁊.ß.resoluãtur ⁊ fiãt decẽ trocis.dosis est vnꝰ: ⁊ administrent in colica passiõe:qm̃ sedant vomitũ ⁊ ꝓuo:cãt somnũ ⁊ stupefaciũt stõi sensũ:ita vt nõ opprimat ipm̃ illud qd̃ ei obuiat:et noĩant trocis.de enula. ¶ Confectio trociscoꝝ ad colicã passionẽ sup̃fluã:⁊ sup̃fluitatẽ opatõis catartici:q̃ ꝯfortãt aĩam ⁊ stringũt ventrẽ et retinẽt vomi:tum ⁊ faciũt dormire:gallie.c̃c̃.gariof.cipi.añ.ʒ.x.gallaꝝ balaustie:camesie:corticis g̃natoꝝ thuris.añ.ʒ.x. opij:mãdrago.añ.ʒ.v.fiant trocisci.ʒ.ij.¶ Confec.epithimatis ad colicã passionẽ catartici sup̃fluitatẽ ⁊ tenasmõ: gallia:acatia tortelle sandali:ciperi ⁊ rose thus myrrha:liniat cũ aq̃ mirti ⁊ citõioꝝ ⁊ vino. ¶ De medicis solutõis vẽtris.c.xl.

CОnfectio trociscoꝝ de spodio cũ acetosa ꝯstricti:uorũ q̃ dant in potu ad fluxũ cũ febre ⁊ acutate. Rosaꝝ spodij.añ.ʒ.x.se.ace.ʒ.v.sumach.se. port. añ.ʒ.iij.balaust.ʒ.ij.gũmi.ʒ.i.⁊.ß.et fiãt troc̃.tertie.ʒ.vniꝰ et addũt i dosi kerat opij. ¶ Cõfec.pulueris q̃ ꝓijcit in os et deglutit bibẽdo aliq̃d post ipm̃ ad solutionẽ vẽtris cũ tussi granoꝝ mirti:castaneaꝝ tritarũ papaueris:siliquarũ sceni.añ.gũmi.ʒ.ß.terant oĩa et sumãtur in potu ex eis.ʒ. iij.cũ aqua ro. ¶ Cõfec.pl'ueris q̃ in ore ꝓijcit de g̃nis granatoꝝ ad fluxũ vẽtris cũ cal'itate: ⁊ casum appetitꝰ:g̃noꝝ granati acetosi assatoꝝ:parũper ꝯtritorũ sicut alcohol.ʒ. c.carui infusi in aceto et assati.ʒ.xx. coriãdri infusi i aceto et assati.ʒ.xx.fructus tamarisci.ʒ.x.siliquarũ nahabati.ʒ. xx.sumach:balaust.ã.ʒ.xv.fiat eoꝝ ꝯtritio bona:⁊ misceãtur dosis.ʒ.iij. ¶ Cõfec. pulueris q̃ in ore ꝓijcit leuis ad solutionẽ vẽtris cũ tussi:g̃noꝝ mirti ꝯtritoꝝ.ʒ.i. castaneaꝝ ʒ.ß.papaueris sicut alcohol:siliquaꝝ sceni spodij gũmi.ã. ʒ.ß.terãtur dosis.ʒ.iij.cũ aq̃ fri.⁊ p̃cipiat vt i mane come:dat vitella ouoꝝ bñ elixatoꝝ:⁊ sumat puluerẽ de papauere in ore.¶ Confec.miue ꝯstrictiue q̃ est syrupꝰ de citonijs aq̃ citonioꝝ acetosoꝝ lib.i.vini veteris tm̃dẽ. decoquat dõec spissitudiuẽ habeat:⁊ ꝓijciat in eo quasi aur.gallie.

¶ Cõfec.elec.alcauzi:ꝯueniẽtis ꝯstringẽtis valde ventrẽ. ꝓuocãtis appetitũ.⁊ sp̃gẽtis vẽtositatẽ:g̃noꝝ passularũ cõtritorũ sicut alcohol.lib.i.g̃noꝝ mirti ꝯtritorũ.sic̃ alcohol lib.ß.siliquaꝝ de spina:balaustie.thuris.fructꝰ tamarisci.

ana.ʒ.x.ameos.ʒ.xvi.aggregentur cum melle canne.

¶ Cōfec.pl'ueris q̄ in ore ꝓijcit̄ de bolo ad excoriationē:psil lij assati.ʒ.xx.arnoglosse.ʒ.x.gūmi boliarment.an̄.ʒ.xx.se. portulace se.fumiter.assari.an̄.ʒ.x.aggregent̄ ista:⁊ cōtritio boli nō vltime fiat:⁊ nō separent̄ ⁊ hūectent̄ semia.propterea qd̄ adheret ei bolū:dos̄.ʒ.iij.in mane ⁊ tm̄dē in sero cū rob de citonijs puro. ¶ Confec.trocisci de spodio q̄ sunt fortes. Spodij ros.sumach:semis endiuie.an̄.ʒ.i.tamaridi: seminis portulace.semis papauerꝭ seminis acetose.ʒ.i.⁊.ß. balaustie:opij sandali:an̄.ʒ.ß.cāphore.sexta.ʒ.vni⁹:ꝯferūt ad solutionē vētris cū cal'itate sup̄flua:qui in potu dant̄ cū aq̄ sauich:infundat̄ sauich:⁊ sumat̄ aq̄ eius. ¶ Cōfec.trocisci de spodio:rosaꝝ rubeaꝝ.ʒ.iij.semis lactuce.semis citroli. cucurb.an̄.ʒ.ß.succi liq̄ritie.ʒ.ß.spodij.ʒ.v.dos̄.integra.ʒ.ß.

¶ Cōfec.pl'ueris q̄ in ore ꝓijcit̄ de ḡnis granatorū assatorū cōueniēs ad fluxū vētris:qn̄ ꝓlongat̄:trociscoꝝ ypoq̄sti.corticū medianoꝝ glādiū.castaneaꝝ:balaus.capitū granatoꝝ assatorū ꝓijciatur sup istas ꝯmixta quātū ipse sunt pl'ueris granorū granatoꝝ:⁊ cōmisceant̄ cū istis ⁊ sumant̄ in potu. ʒ.iij.aut.iiij.cū aq̄ frigida aut cū rob citonioꝝ puro:qm̄ est cōfortatiuus ⁊ expertus. ¶ Cōfec.trocisci ad tenasmō experti:seminis iusq̄.semis aneti : semis feniculi.an̄.ʒ.v.ameos. ʒ.ij.⁊.ß.opij.ʒ.iij.semis apij.ʒ.i.fiāt trocisci:aut̄.i.det̄.i.et administret̄ cū nō est cal'itas. ¶ Modus ⁊ ꝯfectōis de storace cū est fluxus vētris sup̄fluitas et tenasmon qn̄ nō est caliditas:castorei:opij:asari:storacis liquide.semis iusquiami albi thuris.an̄.mellis quantū omnia dosis.ʒ.ij.

¶ Cōfectio pulueris qui in ore ꝓijcitur:⁊ noīatur gluten et administrat̄ cum sup̄fluit catarticum et vehemēs est gallarum corticis granatorū.ana.ʒ.i.thuris.ʒ.ß.tortellarum.ʒ. ij.seminis iusquiami quartam.ʒ.vnius : admīstretur quando multiplicatur tenasmon: et vehemens fit dolor et vigilie potetur cum miua hoc est cum syrupo de citonijs.

¶ Modus licinij quo vtunt̄ qn̄ dolor sit fortis ⁊ vigilie ⁊ est alex.mirabil'.c̄c̄.myrrhe:litij : olibani: opij.ana.ꝑtes due. fiat liciniū ⁊ supponat̄:dicit alex.fiat liciniū de pāno nouo: ⁊ torqueat̄ bn̄ ⁊ dissoluat̄ opiū cū vino:⁊ in eo ꝯficiāt al'as medicinas ⁊ inuoluant licinium in medicamine ⁊ vtātur.

¶ Cōfectio enemat̄ retētiui: rizi excorticati: milij medulle glādis: lētis excorticate. ro. ana. pugill'. i. tres galle: ⁊ funde desup. ij. lib. aque ⁊ coquat̄ donec redeat ad lib. i. collētur de ea. ℥. ij. ⁊ dissoluat̄ ī ea de troc̄. lētib⁹: ⁊ fortib⁹ ⁊ fundat̄ desup olei ros. ℥. ß. ⁊ vitelli assati oui. ⁊ clisterizet̄ cū ea.

¶ Cōfectio trociscoꝝ leuiū boliar. ceruse de plūbo gummi sanguinis draco. acatie. ana. fiant ex eis trocisci: pōdere. ʒ. iij. ⁊ dissoluatur vnus eorum et clisterizetur cum eo.

¶ Confectio trociscorum fortium projciatur cū trociscis. ex istis. ʒ. i. carte combuste: opij tertiam vnius.

¶ Cōfectio clisteris de arsenico: cū quo clisterizat̄ qñ ꝓlongat̄ mora excoriatiōis ⁊ putrefactiōis. ℞. medicamis herperis estiomeni: qđ est ī caplō oris aur̄. ij. opij. ʒ. ß. dissoluat̄ in⁹ decoctiōe lētis ⁊ bal'. cū aceto pauco ⁊ aq̄ aut cū aq̄ sicle postq̄ clisterizat̄ ante ipm cū aqua mellis: aut cū aq̄ ⁊ sale.

¶ Confectio trociscoꝝ de alumie qui administrant̄ qñ fluxus vētris est valde sanguis plurimi: aut clisterizat̄ cū ea in vulua etiā ꝓpter istud: gallaꝝ alumis: balau. cortic̄. ḡnatoꝝ succi⁹ ypoquistidos: ana. terant̄ ⁊ clisterizet̄ cū eis: ⁊ cū decoctione mediane corticis glandium balaustie et ro.

¶ Confectio clisteris ad egestionem sanguinis sine mucillagine intestinorum. ℞. gallas tres: rosa. ʒ. v. balaustia. corticum granatoꝝ. ana. ʒ. v. lentiū excorticatarū. ʒ. x. corticis mediani glandium. ʒ. v. decoquantur: et in colatura eorum fricet̄. ʒ. i. acatie. ⁊. ʒ. i. ⁊. ß. ypoquistidos. ⁊. ʒ. ij. boli. ⁊ gūmi tantūdem clisterizetur cū ea. ¶ Confectio clisteris ad vlcera intestinorū in quib⁹ est sanies grossa: ⁊ fetida: ⁊ ī quibus est sic̄ lotura. sumat̄ mel et subtiliet̄ cū aq̄ ⁊ clisterizet̄ cum eo bis aut ter in die: ⁊ post ipsum clisterezetur cū hoc clisteri. eupatoriū: succ⁹ barbe yrcine: cortex median⁹ glandiū: rizi abluti: sitq̄ de rizi plus: decoquat̄ bñ et in colatura eorū dissoluat̄ de hoc medicamie. thuris sanguis draco. ceruse de plūbo litargiri albi. añ. ʒ. i. opij ex tertia. ʒ. i. vsq̄ ad. ʒ. ß. terant̄ iste medicine cū vitellis duorū ouorū cōtritis: ⁊ dissoluatur in aqua illa ⁊ clisterizetur cū ea.

¶ Unguentū laxatiuum: cere. ℥. ij. olei cataputie. ℥. iij. salis pistati. ℥. ij. bulliāt in vino quousq̄ cera liquet̄ ⁊ vētri ⁊ vmblico imponas: ⁊ si supponat̄ nimiū laxat. ¶ Alia cere cata

putie lactis titimalli.ana.ʒ.ij.opij. sal.marini.ʒ.i. oleum qd.s.bulliat in vino: et super ventrē pone vel suppone.

¶ Aliud lact; anabule et titimalli succi laureole: cucu.agrestis: fel bouis succi elli.ana fiat emplastrū cū farina ordei et stomacho suppone et silia multa de discretiōe propria poteris hmōi satis optima pro loco et tempore inuenire.

¶ Medicine vrine. Ca.xli.

Confectio vindach ad ardorē et difficultatē vrine et vlcera renū: et cū est calitas vehemētior addat in eis sumach: et abijciat opiū. ℞.semis melonis excorticati.ʒ.x.semis citroli.ʒ.v.semis cucurbite dulc;.semis portu.semis iusq.al.boliar. semis apij.ana.ʒ.ij.aggregentur postq̄ contrita fuerint: et fiant inde pillule: similes auellanis: et dentur in potu ex eis.ʒ.iij.cum syrupo violato.

¶ Cōfectio ad vlcera renū et vesice se.citro.excorticati.ʒ.x. amigdal.dulces: pini granor alkekengi.aū.ʒ.iij.se.apij canab.boliar.gūmi ara.sanguis draco.thur;: semis iusq.albi opij.ā..ʒ.ij.informent trocisci ponderātes tertiā.ʒ.vnius.

¶ Cōfectio troc.vltimor ad vlcera i renib9 et vesica cū qbus est pfortatio et leuitas et icarnatio vlcer;.i.sedatio doloris: et noiant troc.alkekēgi: qm̄ sunt loco eor: sz sunt fortiores ad vehemētiā vlcer; et doloris cū vrina mingit: se.citroli.ʒ.x.boliar.gūmi thuris: sanguis dra.se.papaueris al.amig.ama.excortica.succi liq.draga.amili.ā.ʒ.x.se.apij.ʒ.ij.granorū alkekēgi.ʒ.iij.opij.ʒ.x.et det.i.cū nō est acuitas cū sirupo vio.aut iulep.sintq3 trocisci ex tribus.ʒ. ¶ Confectio collirij qd inijcit in vesicā sedans dolorē.ceruse sarcocolle: thuris: gumi: amili: opij sanguis draco.aū.fiāt ex eis collicia: et inijciat in ea i pmis aq mellis et dent ea q̄ puocāt vrinā: deide dissoluat hoc in lacte et inijciat in eā p siringiam.

¶ Cōfectio puocās vrinā: se.apij meu.fu.dauci.rubee qua tingitur.petroselini: sauine: asari: ameos: se.feniculi gallie costi.amigdalarū ama.excorticatarū ana.ʒ.xx.se.melonis ʒ.x.cātaridar.ʒ.ij.armoniaci aur.i.dissoluant cūvino et fiāt pill.siles auellanis: dos.ʒ.iij.ē em̄ bona ad difficultatē vrine: mollitiē in corpe: ydropisim yposarcā.et egritudines in quib9 necessaria est subtiliatio corpis: et qn̄ est caliditas addat in ea se.melonis: et detur de ea.ʒ.i.et plus vel minus.

¶ Confec. emplastri quo emplatur pectē: et puocat vrinā: se. sule: ruta calamētū: berēgesif. sansuc⁹ spica: balsamita. altea: folia rafani: napi: sceha: camomil. anetū ꝛ caul. coquatur i aq̄ ꝛ sedeat eger i ea ꝛ fiat emplm cū fece sup pectinem. ¶ Cōfec. epithimat⁹ fortis ad difficultatē vrie: piretrū baurach: sinapis: ꝛ mastix. liniant cū melle in balneo: ꝛ dimittat: donec mltiplicet sudor: ꝛ balneet cū eo an⁹: et alkatim ꝛ pecten ꝛ ylia. ¶ Cōfec. q̄ retinet vrinā valde: glandiū. ʒ. l. thuris masculi. ʒ. xxx. coriādri infusi in aceto: mirabol. ni. boliarme. ā. ʒ. x. fiat pluis: ꝛ sumat ex eo oi sero ꝛ mãe. ʒ. iij. ¶ Cōfectio q̄ retinet vrinā: glandiū. ʒ. xx. ros. mirtillor. añ. ʒ. iij. acatie. ʒ. ij. amili: gūmi ara. boliar. ana. ʒ. i. lentiū excorticatarū. ʒ. x. ¶ Cōfectio ad distillationē vrine sine ardore glandium thuris. ana. ʒ. c. granorum mahaleb: cipi: myrthe: galāge: cinami: enule: acori. ana. ʒ. v. terantur ꝛ sumantur de puluere eorum. ʒ. iij.

¶ Confec. troc. diabetis. spodij succi liquiritie. ana. ʒ. x. se. lactuce. ʒ. x. se. portulace. ʒ. xxv. ros. coriandri sicci. añ. ʒ. v. acatie: gummi. sandali citri: lentiū excorticatarū: balaustie boliar. ana. ʒ. ij. cāphore. ʒ. ß. fiant trocisci. ʒ. iij. et det vnus in potu cū aq̄ rosarū: ꝛ aq̄ ḡnatorū acetosor. ¶ Confec. emplastri ad diabeten: ꝛ dicit q̄ ē nomen viri: ꝛ dr q̄ est nomē exuberatiōis vrine: ꝛ mltitudis ei⁹ ꝛ cōparat circino quod incipit ab vno pūcto et redit ad idē: seminis portulace: solatrū: caro porci semis melonis: citroli: aut rasura cucurbite: quodcūq3 presto fuerit: ꝛ emplet cū eo et pmutat qn̄ fuerit tepidū: sitq3 cibus eius: lentes excorticate: acetū agresta: et oia que ingrossant sanguinē. ¶ Confec. trocisco. ad diariā: malitiā cōplexiōis inflationē in stomacho calorē ꝛ tussim. spodij. ʒ. ij. carnis berberis. ʒ. v. boliarmeni. ʒ. iij. thuris. ʒ. ij. seminis portulace. ʒ. vi. sandalis. ʒ. ij. ypoquistidos. ʒ. v. camphore. ʒ. i. lacce. ʒ. iij. terant ꝛ fiant troc. quorum quilibet sit. ʒ. iij. ꝛ detur in potu vnus cum rob de papauere.

¶ Cōfec. ad rupturaʒ experta acatie: cipressi nucis: sansuci rute sicce. ḡnoruʒ lauri: gallar mugat: gūmi ara. añ. ʒ. xx. terant ꝛ cribellent: ꝛ eliquet glutē pisciū cū ace. ꝛ aggregentur cū eo oia ꝛ fiat emplm ꝛ coquāt nuces cipssi cū aq̄: ꝛ misceatur in vino ꝛ bibat: ꝛ infantib⁹ fiat emplastrū cū psilio.

¶ Confectio trocis.bonorum ad mictũ sanguinis:boliar.karabe.añ.ʒ.x.acatie balau.gũmi ypoq̃sti.añ.ʒ.iiij.semi.apij:iusq̃a.añ.ʒ.ij.fiãt.x.trocis.et dent̃ ĩ potu cũ robub stipticis et dent̃.i. ¶ Cõfe.empl'i ad rupturã experti:nucis cypssi ptes.ij.cipi sansuci gallarum:acatie thuris gũmi ara.añ.ptes eq̃les dissoluatur gũmi in vino et aggregetur cũ eo et fiat empl'z. ¶ Confe.ad apa durũ ĩ testiculis:farine fabarum.ʒ.x. cimini farine ciceris coriãdri sicci.añ.ʒ.iiij.bdellij.ʒ.v. dissoluant̃ cũ rob.et fiat empl'm testicul'.Cõfectio olei de scorpionib⁹ aristo.gẽtiane:cipi:corticũ radicis capparis.añ.℥.i.pijciat̃ in lib.i.olei amigd.amararum:et dimittant̃ hebdomada vna deinde colet̃:et ponant̃ in eo scorpiones.x.et stet sub sole trib⁹ hebdomadis:deinde colet̃ et admĩstretur. ¶ Cõfect. medicamis ad lapidẽ in renib⁹ se.melonis:carpobal.semi. rafani:dauci:petrosel'.ã.corticis radicis cappa. corticis radicũ oppo.amig.ama.baccarũ lauri:sq̃nã.cipi:spice:cassie lig.bdellij:armoniaci:serap̃.myrrhe pipis acori.añ. ps. f. soluat̃ bdelliũ:armoniacũ et serap̃.in vino subtili:aut in aq̃ mellis et aggregent̃ pill'.et dent̃ in potu oĩ die.añ.ʒ.ß.vsq3 ad.ʒ.i.cum aq̃ se.apij et aqua seis fenicu.et capilli veneris et nutriatur patiens cũ aqua ciceris nigri et oleo amigd. et q̃ñq3 cõfortat̃ hoc medicamẽ:q̃ñq3 inuoluit̃ oleo balsami tal'r humectet̃:deiñ ɔficit̃ cũ gũmis et dat̃ in potu oĩ die sexta.ʒ.i.de cinere scorpionũ:et pueris medietas sexte q̃ parum adusti sunt ſm q̃titatẽ qua teruntur.

¶ Medicine lactis. Capi.xlij.

Confectio medicine mltiplicãtis lac. ℞. se.baucie. napi:sulle:rafani:porris:cepe:fenicu. farine cice. añ.sumat̃ ex eo puluis mane et sero cõedat post ipsum cicer infusum in lacte et potet sup ipm lac. ¶ Cõfec. medica.abscindẽtis lac ex mamilla:farine fabarum.ʒ.x.semi. albedarogi farine rute.añ.ʒ.v.liniant̃ cũ aq̃ albedarogi. ¶ Confec.alia abscindẽs lac:semis albedarogi:se.agnicasti.añ.ʒ.x.sauie ruthe sicce.añ.ʒ. v.sumat̃ pl'uis ex eo.ʒ. iij. ¶ Emplastrũ abscindens lac qđ multiplicatũ est in mamilla:se.albedarogi:farina ordei farina faba.mẽta calamẽtũ ruta.fiat emplastrũ et emplastretur cũ camomilla.

¶ Medicine spermatis. Capi. xliij.

C Onfectio medicaminis addētis in ſpmate. ℞. ſe. baucie: napi: cepe: rafani granorum pini: ſparagi. granoꝝ alkikil granoꝝ alzelē: ſecacul: ſatiriō beē vtriuſqꝫ tātūdē granoꝝ aſſenati: ligue auis. añ. ʒ. x. zinzib. macropi. cinamo. ā. ʒ. xv. altit bōi naſturtij: pipis ſe. eruce. añ. ʒ. xv. olei nucis īdice: olei ḡnoꝝ alcodrātidā oīm eq̄lr. ſ. tm̄ in q̄ inuoluant oīa īuolutiōe hūoroſa: ꝯficiant cū melle ſumāt ex eo. ʒ. v. mane ꝛ ſero cū. ℥. i. lactꝭ cū tātūdē de zuc.

¶ Confectio ad minorandū ſperma: et deſtruendū erectionē virge: ſe. agnicaſti. ʒ. x. ſe. portul. tātūdē: folioꝝ calamēti exiccatoꝝ foliorum ruthe. añ. ʒ. v. cimini ciperi balauſtie. añ. ʒ. ij. ſumant inde. i pluere. ʒ. iij. ꝛ noīat ſector ḡnatiōis.

¶ Cōfec. abſcindēs ſperma cū eſt cal'itas: ſe. lactuc. ʒ. x. ro. ʒ. ij. ſe. portul. pſilij carui. añ. ʒ. iij. balau. folioꝝ nenufarꝭ. ā. ʒ. ij. ſumant ex eo. ʒ. iij. cū q̄rta. ʒ. vniꝰ cāphore ī hebdōada.

¶ Confec. clyſteris addētis in coitu et calefacientis renes ſem. eruce baucie: cinami: zinzib. macropipis. ſe. ſulle: rafani: ſe. cepe ꝛ porri. añ. partē. i. ciceris ꝯtriti tribuloꝝ frumēti decocti cū aq̄ ſicut plus: fenugreci. añ. ꝑtes. ij. caput arietis pigue et fruſtū anatis eiꝰ medulla ipſiꝰ et teſticuli ipſiꝰ aggregeꝉ totū in vaſe cū. x. cepis ꝛ coopiaꝉ aq̄ et dimittaꝉ in furno hn̄te caput ſtricte opilatū: ꝛ approximeꝉ ius ī cibo ex ꝑte. i. ꝛ ex duabꝰ. ℥. iuris: ꝛ ex vnctuoſo. ℥. i. ꝛ ex olꝰo d̄ nuce indica: ꝛ de ḡnis alcadra. ā. ℥. ß. ꝛ fiat eoꝝ ꝯquaſſatio bona: donec ingroſſeꝉ ꝑ eā et cliſterizeꝉ cū eo in nocte cum deberet dormire: poſtq̄ꝫ eſt clyſterizatus añ ipſum cū aqua ſicle et baurac. et purgatus fuerit a fece. et fiat cū eo cliſtere in nocte a prima vigilia ꝛ in medio eius. ꝛ in fine ipſiꝰ ꝛ regaꝉ cū regimīe in q̄ eſt groſſitudo: ꝛ incipiat ille q̄ addit in coitu: ludere cū mulieribꝰ: ꝛ dimittat mulieres: ꝛ bibat vinū faciens delectationē. qm̄ multiplicat deſideriū valde.

Medicine menſtruoꝝ et emorroydarū. cap̄. xliiij.

C Onfectio trociſ. de karabe abſcindentiū ſanguinē mēſtruoꝝ nimis fluentē: et ad emor. ℞. karabe ḡmi nucꝭ lacte balauſ. ſucci barbe yrcine. añ. ʒ. v thuris. ʒ. ij. opij. ʒ. iij. aggregent cū mucil. pſilij doſ. ʒ. ij. cū ʒ. i. ſucci ſumac. ¶ Cōfectio ad emorroidas ꝛ lubricitatem inteſtinoꝝ: ſe. li. ʒ. x. granoꝝ nigelle. ʒ. v. bdellij. ʒ. vij. thurꝭ

masculi cipi:ameos.ã.ʒ.i.τ.ß.sandaľ.de thei.ʒ.ij.τ.ß.terã tur et denť in potu.ʒ.iij.cum aq̃. ¶ Confectio suppositoriũ abscindendũ sanguinẽ emorroidarum et ad exitũ ani:thuris balau.gallarum antimonij acatie:alumis fiãt colliria: τ supponanť:ad exitũ vo ani teranť et puluerizenť sup anũ et reducať intus τ sedeat eger in decoctiõe myrthi: mediorũ corticũ glãdiũ τ cordicũ gnatorum:et addiť in coll'ico cerusa. ¶ Confec.licinij puocãtis sanguinẽ mẽstruorum τ emorroid. ciclamen:ellebor⁹ al.calamẽtũ:serap̃.euforb.resoluanť cũ aq̃ sauine recẽtis τ fiãt suppositoria. ¶ Cõfec.troci.de myrrha alleuiãs ptũ et puocãs mẽstrua cinamo.myrť.aũ.ʒ.ij. τ.ß.foliorum ruthe exiccatorum: cala.cordumeni:pulegij rubee alle serap.oppopo.ʒ.ij.fiãt trocis.põdere.ʒ.ij.et deť i potu vnus cũ decocť.sauine. ¶ Cõfectio suppositorij ad ap̃a durũ in matrice τ dolorẽ frigidũ:thuris bdellij iudaici:galb. aũ.ʒ.ij.cc.oppop.armoniacũ.ana.ʒ.i.mastic.castoř.storač. liq̃de olei de lilio adipis anatis:olei camomill'.aũ.ʒ.iij.leniantur gũme cum vino et melle:et eliquetur adeps et aggregentur oĩa et fiant suppositoria et administrentur.

¶ Cõfec.decoctõis in aq̃ sedeať ad dolorẽ mřicis. Sãsuc⁹ balsamita:schea:abrotanũ se.caulũ fenugr.sem.li.camo. mellilotũ.decoquãtur oĩa et sedeať in eis. ¶ Cõfectio q̃ puocat mẽstrua:tertia.ʒ.i.euforbij.terať bene: et supponať sexta.ʒ.i.i lana hora vna:et nõ dimittať pl'm:qñ fač fluere sanguinẽ plurimũ fortiter.cũq; ml'tiplicať fluxus sanguis tũc succurre ei cibando cũ rebus stipticis sicut vescit:et ponanť i eo lẽtes excorticate et ex carnib⁹ caro alduragi:τ si nõ inueniunť carnes alcubugi:et pullorum etvinũ stipticum. ¶ Confectio pessarij ad suffumigandũ qd calefacit et adiuuat ad imp̃gnandũ custor.storax:galbanũ:euforbiũ oppoponacũ carpobal.grana albẽ costos:bdelliũ:spica resoluãtur cũ vino:τ fiãt pessaria noctib⁹ plib⁹ et sumat in potu oi die diamart.deinde approximet socio:τ suffumigeť cũ eis etiã ml'totiẽs. ¶ Cõfe.trocisco.de gũmis qui danť in potu qñ difficilis est ptus valde τ moriť fetus:extrahũt eñi fetũ statim.℞.myrrhe oppop.galbani:serap̃.aũ.asse ps.ß.dentur in potu.ʒ.iij.cũ sacraiati decoctionis fenugr. τ dactilorum τ aqua ruthe:et suffumigeť cum eis vna vice post aliã.

Trocisci

¶ Confectio vnguenti ad ragadias in matrice ꝛ ano et ad-
dustionē ignis cere colate.ʒ.ij.olei rosati.ʒ.x.ceruse plūbi.
ʒ.x.plūbi adusti cōditi.ʒ.ij.amili.dragag.opij.aā.ʒ.i.albu
ginis vnius oui calidi:aggregentur oīa sicut vnguentū:est
eīn bonū ad ragadias cū caliditate et ad ignis adustionē
et ad oēm acuitatē. ¶ Confectio pill'.de bdellio ad emor-
roydas:mirabolanoꝝ nigrorum.keb.aā.ʒ.x.serap.ʒ.iij.na
sturtij albi.ʒ.ij.bdellij pinguis.ʒ.xvi.dissoluant gūme cuꝫ
aqua caulīū et aggrega cū eis et fiant pillule.

¶ Confectio empl'i sedātis dolorē emorroidaꝝ: apostemo
saꝝ et apatū ani:mellilotī:camomille decocte donec dissol
uatur.aā.℥.i.cc.ʒ.i.vitelli oui elixati.ʒ.ij.opij:farine:semī.
lini.myrrhe.fenugreci:altee albe.aā.ʒ.v. aggregentur cuꝫ
rob.et ponatur sup faciē eius oleū sisaminū: et fiat empl'm
cū eo et ꝯficiatur cū butiro et empl'etur cū eo:et qñqꝫ ad-
duntur in eo bdelliū pingue.et pinguedo gibbi cameli.

¶ Confec.emplastri alteri⁹ elixetur cepe et ꝯficiatur cū bu
tyro et empl'eṫ cū eo.est eīn valde vltimū:et sit cepe albū.

¶ Cōfectio al'.ad dol'.matricū ex apate se.li.contriti:altee
ana.ʒ.v.vitelli oui elixati.cc.ʒ.ij.opij semi.iusquiami.ana.
ʒ.i.adipis galline.ʒ.ij.rob cum quo aggregentur.

¶ Confectio suppositorij sedantis dolorē matricis.cc.olei
camomille:adipis anatis opij.aā.supponatur cū lana.

¶ Confectio medicaminis emorroydarum sedantis dolo-
rē olei de nucleis crisomiloꝝ.ʒ.x.storacis liqde.ʒ.i. bdellij
ʒ.ij.dissoluātur in eo:et inungātur cum eo.

¶ Confectio vnguēti boni bdellij subalbidi:pinguedo gib
bi cameli:medulla crurꝭ vaccini:nuclei crisomiloꝝ excorti
cati:storax liquida:vitella:duorū ouoꝝ liniantur cum oleo
in quo decoctum est cepe et inungantur cū eo est eīn mira-
bile in leniendo.

¶ Medicine podagre. Cap.xlv.

Epithima ad podagram cū cali. ℞.lupini armeni
sandali citri:faufel. rosr.rubeaꝝ sief.memithe radi
cem mādragore:apij:cāphore ana fiant trocisci.et
liniantur cū aceto pauco ꝛ aqua ro.aut coriandri aut endi
uie:aut solatri ꝛ qñqꝫ addatur in eo cerusa ꝛ bolum ar.

¶ Confec.emplastri soluētis residuū podagre calide:muci-
lago psilij:mucillago se.lini ꝛ fenugreci: ꝛ farina amborū

et cerotũ factũ cũ oleo camill'. aggregent̃ ⁊ liniant̃ cũ eis. ¶ Cõfe. epithimatis ad podagrã frigidã: storacis liq̃de ca storei: mirrhe: aloes acatie. añ. ⁊ liniant̃ desup. ¶ Cõfec. de hermodac. ad podagrã: hermodactilo℞ albo℞. ʒ. i. aloes. ʒ. iij. scam̃. q̃rta. ʒ. vni⁹: semis apij sextã. ʒ. vni⁹. ⁊ est dos̃ vna. ¶ Confec. pill'. de hermodac. ad podagrã frig. ⁊ dol'. anche antiquũ. hermodac. satirion: mezereõ. añ. ʒ. ß. colloq̃n. inte rioris: bdellij. ã. tertiã. ʒ. vni⁹ cẽtauree mior̃. ʒ. ß. euforb. ca storei oppopo. asse galbani. añ. ʒ. vnius q̃rtã scam̃. zinzib. pipis: sinapis: tapsie inde. añ. ʒ. vnius sextã. yerap̃. ʒ. i. et ip sa est potio vna fortis: ⁊ media est medietas ei⁹ aut tertia. ¶ Confectio medica. albeseth minor eradicans podagraz flegmaticã: camedreos: camepith. aristo. gẽtiane. fo. meu. dauci. petrosell'. folio℞ ruthe cucur. rubee qua tingit̃ asari sauine ameos. añ. sumat i potu ex eo oĩ die. ʒ. i. ⁊ nõ cõedat sex horis hyeme tota. ¶ Cõfect. clysteris ad sciaticũ fortis corticis radicũ cappis. corticis radicũ coll'oq̃n. pulpe ip̃i⁹ cẽtauree minor̃ almezeriõ: hermodac. satirõ: nasturtij: aza hasem. sesnedẽ tapsie se. rafani baucie eruce. ã. pugill'. i. co quãt̃ cuz aq̃ et misceat̃ colatura eo℞ muri nabati ⁊ ol'm de kerua: ⁊ fiat clistere de ea totiẽs donec excoriationẽ faciat deinde clisterizet̃ hoc clistere: ꝙ. ℞. casto. galbani: bdelliũ storac̃. oppo. cũ eufor. bezard: resoluãt̃ in ol'o costino ⁊ fiat clystere. ¶ Confec. collirij ꝙ suppositũ excoriationẽ facit ⁊ sedat dolorẽ. pulpe colloq̃n. ciclamẽ. baurac: armoni. fiant coll'ia lõga. ⁊ supponant̃ et ꝑmutet̃. ¶ Cõfec. empl'i ad an chã fortis: stupefaciẽt̃ dol'. calamẽ. exiccatũ tapsia sinapis cortic̃ radicũ cappis lac ficus cũ q̃ aggregent̃ et adiũgat̃ loco doloris q̃usq; cadat. ¶ Cõfe. empl'i resoluẽtis duritiẽ et lapideitatẽ ex iũcturis. fenug. amigd. amara℞ armoni. bdelliũ resoluant̃ cũ ol'o de alchãna: aut oleo de lilio ⁊ ag gregent̃ ⁊ fiat empl'z. ¶ Et cũ tu clisterizas clisteri acuto ⁊ currit sãguis: tũc clisteriza ip̃m cũ adipe porcino ⁊ rizi qm̃ sedabit̃ mordicatio vehemẽs: ⁊ clisterizet̃ añ ip̃z cũ clisteri educẽte fecẽ et mũdificãta itestia. ¶ Medi. algebre. ca. xlvi

EMplastrum de algebra. ℞. mes. excorticatos aca tiam mugath: bolũ arme. fiat sicut alcohol et ap plicetur loco ita vt ei adhereat.

¶ Confec.emplastri linietis duritiē cere citrine.ʒ.i.olei de lilio.ʒ.i.adipis galline aut anatis medulle cruriū vaccine mucillag.psilij: se.li.aā.ʒ.i.aggregētur et empl'ent cū eis.

¶ Cōfectio medicaminis sedātis dolorē quousqꝫ fiat algebra.i.restauratio in potu dent cuz casus acciderit mumie grana.ij.ꝛ.f.in vino stiptico:aut oleo ros.sedat enī dolorē vsqꝫquo fiat algebra. ¶ Unguentū egyptiacum.

Unguentum egyptiacum:floris eris.ʒ.iij.mellis ʒ.viij.aceti.ʒ.iiij.tere permisce bulliat donec inspissetur:reserua vsui et repone.

¶ Libri diuisionum rasis finis.

¶ Rubrice libri diuisionum antidotariū rasis.

Finis tabule.

¶ Sequuntur nouē capitula que nondū impressa fuere sed semper omissa que etiā derelicta in presenti volumine fuerant propter mendosum exemplar.

¶ De apostemate matricis. Capitulū.xc.

Quandoq3 accidit ex retentiōe mēstruorum aut difficultate ptus: aut ex percussiōe sup matricē: aut tēsione in ea. Et signa quidē apatis calidi oīno sunt fe. acuta sicut fe. birsen et nigredo in lingua et dolor capitis et timie et catin et ylioꝝ: et difficultas vrine et egestionis et frequētia pulsus et anhelit⁹. Et cura eoꝝ est sil'r flōmia basilice. In illo vero qd accidit post difficultatē partus aut ex pcussiōe sup matricē: principiū medicatōis eoꝝ est vnū. Et signū apostematicis acuti est vnu3 totius est fe. acuta dū nō videt mulier sanguinē plm. Et cura ei⁹ est flobotomia. et clysterizet matrix cū mucillagine psiliJ aut ex oleo ro. cū aq̄ arnoglo. Et regat patiēs regimine patiētis birsen: dādo in potu aquā ordei et alia: et si dolor valde sit fortior et retinent egestio et vrina: sedeat egra in decoctiōe camomille et fenugre. et se. lini et non transcat aqua vmbilicū. neq3 egram dimittat potare aquā. et inungat hic locus et cū oleo camo. et oleo de keri citrina. et si nō fuerit illud: tunc non facias illud vsq3 ad ebdomadā vnā. ¶ Et conuertitur apa acutū in matrice aut ad sanitatē cū resolutione: aut ad aggregationē saniei: aut ad apostema durū. Et signa collectiōis saniei sunt quies pulsatiōis. et sedatio fe. et dimissio horripilatiōis in dispositionibus quibusdā. Et signa apostematis duri sunt sedatio caliditatis fe. et acuitatis eius cum residuo grauitatis et magnitudinis in pectine et in timia ita q̄ quādoq3 apparet tactui si fuerit magna difficultas egestionis et vrine. ¶ Et cura collectionis saniei est vt emplastret locus matricis post diem septimū a principio apostematis acuti cū rebus lenificantib⁹ et sedantibus dolorē sicut camomilla et altea. et se. lini et fenugre. et fundatur in matrice ex mucillaginibus eorū. et assiduet sessionē in aqua calida et inūctōe cum oleo aliquo tepi. tādiu donec appareāt signa digestionis saniei. Deinde moueatur ita vt descendat a gradu cum facilitate: aut salliat: aut fiat cōpressio super locum apostematis tandiu

donec egrediatur sanies. et quãdo cõmouetur: ꝓcedit horripilatio et sedatur grauitas ⁊ egra inungit sanguinem. quare tunc oportet vt in potu sumat semina ꝓuocãtia vrinam. ⁊ mũdificantia matricẽ tot donec minoretur sanies. deinde curetur cũ medicamine incarnatiuo per clystere. et dentur in potu trocisc. de karabe incarnatiui. ⁊ ponaꝛ vnguentum incarnatiuũ cuius virtus profundatur super locum vel membrum in quo fuerit dolor.

¶ De cura apostematis duri in matrice. Cap. xci.

Cuiusquidã signa sunt vt dictũ est quies caloris fe. et acuitatis eius cum reliquijs grauitatis et magnitudo in pectine ita vt appareat tactui si fiunt plurima ⁊ difficultas digestiõis ⁊ vrine. Et cura collectionis saniei est vt emplastretur locus matricis quare oportet vt succurraꝛ cũ lenificantibus et resoluentibus velociter. et non negligaꝛ. cum eñi antiquatur et non lenitur: non est possibilis eius resolutio et fit cancer. Et eius cura est assidue emplastrũ superponere loco doloris cũ bdellio ⁊ storace et armoniaco et reliquis q̃ dicem⁹ ex medicinis et emplastris que resoluunt apãta tam dura cũ clisteribus et cum mucillagine fenugreci. et mucillagine se. lini et cũ oleo aneti. et oleo camo. et oleo de lilio. ⁊ de narciso ⁊ storace liquida. et reliquis que narrabo ex illis quib⁹ clisterizatur matrix ꝓpter apã durum. et si pertransit spaciũ mẽsis vnius vel duorũ et non sedatur dolor oĩno: et remanet grauitas et magnitudo: tunc iam incurrit duritiẽque non resoluiꝛ. quare tunc oportet vt medicetur egra cũ tinis et inunctione cũ oleis lenibus. si autẽ cum hac magnitudine antiquatur dolor: tunc ipsum iam factũ est cancer.

¶ De cancro matricis. Cap. xcij.

Cum induratur apostema accidens in matrice et non resoluitur et remanẽt in ipso cũ duritie caliditas pauca. et dolor et pulsatio non fortis: tunc apostema durum factũ est cãcer. Et cura eius est silĩs cure apostematis duri. tamẽ in principio. nam cũ antiquaꝛ: nõ sanatur. Uex nõ tolerat cãcer apã. emplastra ⁊ clysterizia et suppositoria in quib⁹ sit de caliditate tñ quantũ est in illis quib⁹ medicaꝛ apostema durũ cũ quo dolor penitus

non eſt.quapropter oportet vt curetur cum oleo de keri.ꝛ oleo camo.ꝛ adipe galline et anatis in quibuſdā diſpoſitionibus ita vt cū augmentat̄ pulſatio:curet̄ cum oleo ro. et mucillagine pſilij et emplaſtris infrigidātib⁹ tādiu donec ſedetur pulſatio paulatim.deinde redeat ad calefaciētia cum facilitate et lenientia.nā ſi tu nō feceris illud:vlcerabitur etiā cancer vlceratus deterior eſt ꝙ pōt eſſe.ꝛ ſignum quidē vlceratiōis eius eſt ꝙ currit ex matrice virus nigrū fetidū.tunc ergo cura egrā faciēdo ipſam ſedere in tina.et cliſteriza cū lacte mulieris:cū collirio al. ꝛ aliquātulo opij:ꝛ.cc.vt ſedetur dolor. et da in potu de medulla caſſiefiſtu.ꝛ oleo amigd.ſuper decoctionē ficuū ꝛ paſſulaꝝ et iuiubarum ꝛ ſebeſten. ¶ De mola m̄ricis. Cap̄.xciij.

Ex hac egritudine inflat̄ vēter et magnificat̄ ſicut diſpoſitio impregnate:et retinētur menſtrua.ita vt nō dubitetur in ea quin ſit impregnatio ꝛ ꝓlōgetur tēpus eius:ꝛ dr̄ia quidē inter ipſam et inter impregnationē eſt vehemētia magnitudinis vētris.et mollities mamillarū.In al'.pedum ꝛ ꝙ pertrāſit horā in qua mouetur embrio.ꝛ non mouet̄ in ea oīno immo qn̄qꝫ permutat̄ a loco poſt cōpreſſionē vehementē. deinde parit poſt laborem vehemētē fruſtrū carnis cui nō eſt forma:et qn̄qꝫ egreditur ex ea ventoſitas groſſa:et humiditates plurime tīn. et detumeſcit venter:et deſtruūtur accidētia:et accidit mulieri hic dolor ex retentiōe ſpermatis per naturā et eſt cōſueta viro. deīde abſcinditur ab ea illud ſubito ſicut dicit G.in retentiōe mēſtruoꝝ.¶ Et eius cura eſt vt in potu tribuas aquam radicis cū oleo de kerua et yerap̄. et medicinas fortes in ꝓuocatiōe menſtruoꝝ.et dyamarthe ꝛ dyacucurma magnū:et tyriaca dyateſſarō.et ſit cibus aqua ciceris et aliſidabegeth.ꝛ ea q̄ ſunt frixa in patella. ꝛ da in potu ex pill' fetidis ſolutiuis doſes continuas.ꝛ ſuppone in matrice colliria fortia in ꝓuocatiōe aī.et bibat aquam ruthe.et decoctionē fenugre.et dactil'.ſm ꝙ diximꝰ in capitulo ꝓuocatiōis animi:et euaporet ventrē cū pāno ca.ꝛ inunge cū oleo in quo decocta eſt rutha ꝛ da in potu poſt illud medicinas que expellant embrionem.

¶ De prefocatione matricis Cap̄.xciiij

Hec egritudo accidit mulieris ꝓpᷣle filiis epileptie vel apoplexie: sed differentia inter eã ⁊ epileptiã est ꝙ mulieri in hac egritudine non deficit ratio sua neqꝫ currit ex ore eius spuma: et sentit quiddam eleuari ex parte pectinis vsqꝫ quo perueniat ad os stomaci: deinde cadit et superuenit ei sincopis. et quasi mortua cadit. ⁊ tũc nõ sentitur ei pulsus neqꝫ anhelitus. ⁊ qñqꝫ prefocatur et morit̃. et quandoqꝫ sanat̃ post laborẽ et desperationem quare opꝫ vt fricent̃ pedes eius vehemẽter et ligẽtur ⁊ ponatur sup inguina. inde al'. sument̃ eius vẽtosa magna sine incisione. et abstergat obstetrix digitos suos ex coloc ⁊ fricet cũ eis os matricis et suffletur in nasum ei⁹ condisi ⁊ vociferetur in aurem eius et nõ facias ipaꝫ odorare res odoriferas. imo line os matricis et sumen eius cũ odoriferis. Et fit aut ꝓpter retentionẽ menstruoꝝ: aut ꝓpter retentionẽ spermatis. cũ ergo menstrua sunt currentia ⁊ mulier est innupta: tũc cura eius est vt nubat. si xo illd nõ ꝓperat̃ et spma nõ miorat̃ sumat egra in potu medicinas minorãtes sperma ex eis q̃ diximus. ⁊ inungat obstetrix digitos suos quibusdã oleis odoriferis et imittat eos i matrice et fricet eam: et supponat sibi sisimbrium cũ oleo sambucino. Et si mulier ledit̃: tunc cã eius est cũ oleo sambu. ⁊ approximet̃ naribus ei⁹ pãnus adustus et sulphur. et ponãtur ventose super inguina. et fricent̃ pedes et cõprimant̃. in hora antẽ dimissionis paroxismi dent̃ medicine que minorant spma Et qñqꝫ sequitur ex destructione anhelit⁹ et pulsus in hac egritudie in hora poxismi quiddã per qd timet̃ ꝙ egra iã sit mortua. et qñqꝫ remanet die ac nocte et duob⁹ diebus fm illud. tũc ergo opꝫ vt assiduet̃ fricatio oris matricis. et odoret res fetidas. et ponant̃ res odorifere sup matricẽ et vesicã et sumẽ donec cõualescat. ¶ Cum aũt illud est ex retentione menstruoꝝ: opꝫ vt flobothometur sophena et ventosentur crura et ponantur ventose sup inferiora ventris: et dentur in potu ea que prouocant ai. ex eis que diximus in dispõne autẽ paroxisuu cã vtriusqꝫ speciei est vna.

¶ De difficultate impregnationis. Cap. xcv.

Jt aũt ꝓpter multitudinẽ adipis aut ꝓpter paruitatẽ virge aut quia ligamẽtũ capitis virge abreuia

tum est ꝛ spasmatum quare non impellit sperma ad interiora: aut quia mulier cito surgit post coitum et ambulat et mouetur quare cadit sperma: aut propter ventositatē grossam in matrice: aut quia matrix est frigida ꝛ lubrica in qua sunt humiditates plurime superflue commixtiōis infrigidate et humiditate: aut propter malitiā cōplexiōis i multitudine caliditatis ꝛ siccitatis: aut est cōplexio spermatis mala. ¶ Et fit propter emorroydes etiā ꝛ vlcera mala existētia in ipsa: aut propter cōuenietiā complectiōis viri complexiōi mulieris in malicia: aut propter opilationē meatus ꝛ illud fit propter adipē aut carnē ortā. ¶ Illius autem quod fit ex multitudie adipis signa sunt manifesta ad visum quando nō est super pectus mulieris ꝛ scapulas eius ꝛ adiutoria eius ꝛ coxas eius plurimū carnis ꝛ adipis. ¶ Et signū eius est descēsio vētris vltra mēsurā. ꝛ frequētia anhelitus cōmouetur ꝛ ledi qualiter vētositate aut stercore: aut vētositate aggregata i vētre. ꝛ cōstrictio recipiētis. Et cura eius est illud quod extenuat ꝛ destruit adipē ex eis que dicemus in capitulo extennatiōs pinguedis. deide suppositoria adiuuātia ad impregnationē ꝛ similiter suffumigatiōes adiuuātes ad illud. ¶ Cū autem est opilatio propter carnē que est sicut verruca i meatu: aut collū eius strictum est. tūc cura eius est timorosa quoniam idiget medicis consumētibus illā carnē vnde omnino fit securitas quando commoueatur postea vlcera mala i matrice que est difficilis sanatiōis. ¶ Illius autem que est propter paruitatē virge: cura est eligere ex mulieribus quas. ꝛ erigere caput eius cū coitus fit: ad iferiora et eleuare anchas ad superiora quātumcunque possibile est ꝛ vehemētia continuatiōis vel adherentie apud euacuationē ꝛ vt nō moueat se. ¶ Illius autem que fit ex abreuiatiōe ligamēti capitis virge: signū eius quod caput virge est arcuatū curuatū ad partē testiculorū. Et cura eius est vt incidatur ligamētū illud paulatim ꝛ ponatur super aliquid equale ꝛ extēdatur super illud ꝛ ligetur aut leniatur cū aliquibus lenificātibus ꝛ ligetur desuper deide extēdatur ꝛ equetur ꝛ ligetur. ¶ In illa autem que fit propter velocitatē erectiōis mulieris ꝛ velocitatē motus eius post coitū quare cadit ex ea sperma: oportet vt dormiat post coitū quare cadit ex ea sperma: oportet vt dormiat post coitum anchis eleuatis ꝛ capite eleuato apud coitū ꝛ post ipm post horā vnā: ꝛ nō properetur subito. scilicet ad surgēdū: ꝛ ponantur super matricē ventose cū igne. ꝛ emplastretur cū emplastris ca-

lefaciẽtibus ⁊ clisterizetur cũ eis que calefaciũt matricẽ ex eis que diximus. ¶ Cũ autẽ matrix est frida: tunc signa eius sunt subtilitas mẽstruorum: ⁊ paruitas rubedis sanguis: ⁊ paucitas pilorum ĩ pectine: ⁊ paruitas mẽstruorum: et elõgatio tpis eorũ. Et cura eius sunt pessaria calefaciẽcia ⁊ suffũigatiões ⁊ epithimata calefaciẽtia matricẽ: et q̃ adiuuant ad partũ ex eis q̃ dicemus: ⁊ decliatio cibi ad ea q̃ calefaciũt et acceptio elcio cal. ¶ Illius vero q̃ fit ex lubricitate matricis ⁊ ex debilitate ipsius signa sunt quod aborsus fit embriõis anteq̃ magnificet ⁊ currũt assidue ex matrice hũiditates plurie q̃re opz vt admistret vomitus cũ eis q̃ educũt flegma deide supponatur colliriũ de ĩteriorib⁹ colloq̃n. ⁊ sarco. recipiẽte: deide clisterizet cũ aliq̃b⁹ odoriferis stipticis ex illis q̃ ꝯfortãt matricẽ de illis q̃ dicemus. ⁊ ponant sup ipsaz ex illis: ⁊ sint cibi eius frixi: ⁊ ĩ patella prepati: ⁊ admistret regimẽ exsiccatiuũ ¶ Illius aũt q̃ fit pp grossaz ĩ matrice vẽtositatẽ: signa sunt inflõ sumis semp: ⁊ noceri a cibis iflatiuis: ⁊ aborsus anteq̃ magnificet embrio. Et cura eius ẽ aq̃ radicis: ⁊ oleũ de kerua in hora in q̃ nõ est ĩpregnatio: ⁊ oĩa q̃ exiccãt vẽtositatẽ: ⁊ illa quib⁹ matrices fride curant ex suffumigatiõib⁹ aliis. ¶ Illius vero q̃ est pp caliditatis supfluitatẽ: eius signa sunt extenuatio mulieris: ⁊ multitudo pilorum ĩ sumine ⁊ paucitas mẽstruorum: ⁊ grossitudo eorum: ⁊ nigredo eorum. Et cura eius ẽ regimẽ impinguatiuũ qd eq̃t ꝯplexionẽ eius cũ cibis ĩfrigidatiuis in aliis: ⁊ admistratio illius spacio aliq̃ ⁊ cibi infridatiui tpati: tpatis vsq̃ quo corp⁹ eius impiguet ⁊ mioret eius iflãmatio. ¶ Illius aũt q̃ fit ex friditate matricis signa sunt ẽt extenuatio animi ⁊ paucitas mẽstruorum ⁊ siccitas vulue assidua. Et cura eius est dilatatio ĩ cibo ⁊ assiduatio balnei: et viuũ plurie cõmixtiõis: ⁊ assiduatio coitus: ⁊ admistratio oli ⁊ adipis ⁊ pessaria liniẽtia. ¶ Illius aũt q̃ fit ex emoroidib⁹ et ex vlceribus malis existẽtib⁹ ĩ matrice cura ẽ illd qd dixim⁹ aũ: nã pregnatio nõ fit nisi ex sanitate ĩ matrice ¶ Illius aũt que fit propter maliciã cõplexiõis spermatis ita vt sit vehementis caliditatis aut vehementis frigiditatis signa sunt signa cõplexionis corpis calidi et corpis frigidi. ⁊ citrinitas spmatis et paucitas eius. ⁊ fetor odoris stercoris eius est significatio exitus eius ab eq̃litate ad calorẽ. et exuberatio eius et

subtilitas ip si⁹:est significatio exitus ei⁹ ab equalitate ad fridatē.et non puenit malitia ɔplīonis spermatis in hūidi tate et siccitate ad hoc vt ꝓhibeat generationem nisi ɔtin gat vt inueniat parē cōuenientē vt fiat fortis tūc. Et cura istoꝝ est cū declinatione ɔplexionis calide ad fritatē.ꝛ fri giditate ad caliditatē cū cibis et medicinis ꝛ regimis sub tilitate et vt apponaꝛ vir ca.cōplexionis mulieri fride cō= plexionis et ecōtrario.¶ Et ꝓhibet etiā ab impregnatiōe vt sit ɔplīo viri conueniens ɔplexioni mulieris in malitia cū sint ambo simul male ɔplexionis. Et ɔfert omni impre gnationi vt cū opponiꝛ omni cōplīoni cū eo est qđ est i ipsa ɔtrariū.Ei vero qui est equalis ɔplexionis:cōuenit que est equalis cōplexionis.et multiplicaꝛ eoꝝ generatio cū ag= gregatione ipsoꝝ.plures nāqꝫ viroꝝ non generant ex mu= liere et permutāt eam ꝓ alia cuius cōplexio est ɔ̄ria cōple= xioni illius et generāt.Et similiter se hꝫ res in mulierib⁹. cōsideretur ergo illud prius in capitulo cognitionis ɔple= xionū:et fiat ſm suum esse.¶ Et ad imp̄gnationē quidē iu uat se.baucie qñ potatur et radix eius qñ comediꝛ.et ex re bus q̄ supponunꝛ:est ameos qñ teritur et miscetur cū me= dulla ossis cerui vel vituli.ꝛ supponūtur cū lana ante horā coitus. Et similiter coagulū leporis qñ cōmisceꝛ cum bu= tyro cocto.aut stercus vulpis cū oleo ro. et supponitur cuꝫ lana.et ex eis que faciunt illud cum proprietate sua:est vt mulieri supponatur succus alhulbub masculi cū lana.et si militer est sem̄.alhulbub masculi cū supponitur post cōce= ptionem:parit mulier masculū.et qñ supponitur.℞.se.fe= mine:parit feminā. ¶ De sterilitate. Cap. xcvi.

Fit sterilitas aut in viris aut in mulieribus absqꝫ aliqua causarū quas diximus. immo p ꝓprietatē que est in spermate.sicut est dispositio arboris nō fructificantis.ꝛ primi quidē dixerūt ad cognoscendū illud capitula plīma que nos nō dicemus amantes breuitatē.

¶ De his que prohibent impregnationē. Cap.xcvij.

Prohibet illud erectio mulieris post coitū veloci ter.et salt⁹ eius post coitū ad posteriora ꝛ ad ptē ylioꝝū.et salt⁹ frequēs et descēsus a gradib⁹ cum velocitate et supponere alkitrā et aquā ruthe añ coytum ꝛ

post ipm. et suffumigatio in traiectorio ex nuce cypressi et serapinu et myrrha. et comestio ex rutha ꝛ cepa: et olerib⁹ acutis et vt supponat fel vaccinu. et frustru salgem. et eleuatio pedu sup parietes hora vna. et vt bibat radices narcisi et qd est superius algarab et folia eius. et od est supius vitis qn bibunt simul aut singulariter. et si biberit ista an horam partus: iuuabunt ad partum.

¶ De his que partu facile efficiut et educut secudina et egredi faciunt partum. Capit. xcviij.

Facilis fit partus si assiduet mulier introitu in tinam ꝛ balneu in die aliquoties ante hora partus post mesem ꝛ non ꝓlonget sessione in ea. ꝛ vt vngat dorsuz de oleo narcisi ꝛ de been ꝛ de lilio. et silr qd est inferius totu et comedere ex iurib⁹ pinguibus et cum pns est hora ptus: no pmutatione multiplicet de latere ad lat⁹ imo extendat pedes suos. deinde erigatur sup eos subito aliquotiens: ꝛ humefaciat os mricis cu oleo sisamino. aut oleo de been aut de narciso aut de lilio aut fundat in ipm muscillagies fenugreci aut muscillagines altee si fiunt vehemetis siccitatis. et no videris humiditate oino. Et si difficilis scissionis fiunt secundina: findat obstetrix vnguibus suis aut cutello paruo: ꝛ si difficili sit part⁹: sumat in potu troci de myrrha ꝛ decoctione fenugr. et dactilis cu rutha ꝛ ꝯfortet cum aq carnis et soluat de gallia quatitas sexte ptis. ℥. i. in vino et sumat ex eo in potu vice vna post aliam vel suffumiget cu myrrha et oppop. aut castoreo ꝛ bezard per traiectoriu. et eijcit fetum et secudina sternutatio cum codisi ꝛ detur in potu myrrha cu aqua ruthe de q det aur. cu. ℥. ß. aque ruthe aut ꝯdisi ꝛ detur in potu. si aute partus difficilis fiat et moriat fetus: tuc dent in potu troci. de generis qui sunt in antidotario. ipsi enim eijciunt partu statim et suffumigetur etia mulier cum eis. et sedeat mulier in aqua in qua coctu est calamentu campestre. et ex eis q facile eijciunt partu cum ꝓprietate que est in ipsis: est radix bothormarien sicca. i. herba thuris et est similis feniculo: quando ligatur super coxam mulieris.

Finis.

¶ Incipit breuiarium Constātini dictum viaticum.

¶ Prohemium Constantini.



Uoniam quidē vt in rhetoricis ait Tullius. omne inquit expetenduz vel ꝓpter se vel aliud vel ꝓpter vtrūqꝫ expetitur. Quidā vō medicinā ꝓpter sese expetendam autumant: vtpote qui principaliter expetūt theoricam. Quidā etiam ꝓpter aliud: vt qui artē nō ꝓpter artem: sed ꝓpter secularē dignitatē insectātur. A quibuscūqꝫ studētibꝰ sibi ꝓpter vtrūqꝫ in ea laboramus: vnde ego Constātinus africanꝰ mōtis cassianēsis monachus cōmuni vtilitati inseruiēs studui vnicuiqꝫ hoꝝ ad velle suū satagere: ꝓpter se enim: ꝛ ꝓpter vtrūqꝫ artez querētibꝰ litteratioribus ꝛ ꝓuectioribꝰ liber pātegni a nobis est ꝓpositꝰ in quo primi theoricā secūdi ꝛ practicam habeāt. verūetiā ꝓpter aliud ad ꝓficuū questus festinātibus: qꝛ in illius magnitudine forsan tediosuz esse videtur hmōi cōpatiēs quoquo modo me vix exinanitū formā serui acciplēs simplicitatis. Qui tn̄ si hoc libro studiose acquieuerit nō male succedet eoꝝ exercitibus. Infirmitates eniz hic primitus diffiniūtur. Signa eoꝝ postmodū adhibētur. Curationes ilico subsequētur. Sapiētiā inter ꝑfectos loqui destinauimꝰ: lac etiaz suggētibꝰ fomēcula nō crustam subministramus. Quem nostrū laborē si qui dente canino corroserint i nugis suis inueterati torpescere ꝛ dormitare sunt dimittēdi. Nostrū autem nomē hoc opusculo apponi censui: qꝛ quidā hoꝝ alieno emulātes labori cum in eoꝝ manus labor alienus venerit sua furtim: ꝛ quasi ex latrocinio supponūt nomina. Uiaticum intitulaui: ꝛ pre paruitate sui neqꝫ laboriosus neqꝫ tediosus est intuēti. Liber totus in. vij. libros diuiditur: quoꝝ in principio posui capl'a: vnicuiqꝫ tn̄ postea libro ꝓponenda: vt cū quis querēs aliqua per sui singula allaboraturus esset volumina: modo in initio habeat in quo libro inueniatur.

¶ De allopitia. Capitulū .i.


Capillus ex grosso fumo et calido nascitur qui ex igneis et incēsiuis est humoribus quo crescente fumo: crescūt capilli: vtpote ab ip̄o nutriti: hunc fumum qui perdiderint et capillos perdunt. p q̄litate ꝙ fumi erunt capilli: vtpote in herbis videm⁹ ex terre hūore vel siccitate arescētibus ꝛ peūtib⁹ vel augmētātib⁹. Qui fum⁹ si oīno nō fuerit peunt oīno capilli ꝛ fiunt calui: q̄b⁹ q꞉ nulle medicine cōueniūt tā nō amplius come crescere pñt. ¶ Si autē fumus nō ex toto amittat꞉: sed solū ex aliquo humore inficiat꞉: infirmitas quedam nascitur q̄ allopitia nominat꞉. hic autē morbus: ideo allopitia d꞉: q꞉ vulpes que grece allopide nuncupant꞉ hoc sepe patiunt꞉. ¶ Ex colore cutis loci ipsius cognoscere poterimus ex q̄ humore hec passio oriat꞉. Si eñ cutis citrina ꝛ calida ꝛ sicca sit nō dubitamus ex colera ortā esse rubea. Proinde huic humori medicabim⁹ ex subscriptis. s. viol꞉. mirabol꞉. citrin. scamon. absinthio coctis in aqua: ꝛ his similib⁹. ¶ Si rubei coloris ex infectione sanguinis esse cognoscimus. Deinde si etas tēpus vel virt⁹ patientis pmiserint venā cephalicam dextri brachij minuimus ꝛ sanguinem extrahimus ꝑm vires patientis. post hoc potiones refrigeratiuas damus ꝛ sanguinē euacuātes vt sunt hec: manna: oxifenicia: pruna: iuiube: viole: sebesten: cassiafist. et similia. ¶ At si niger locus fuerit et velut plūbeas squāmas emiserit: ex colera nigra ortam esse credimus. hūc humorē expellim⁹ aq̄ cocta epithimo pill꞉. stomaticō: yeraruf. yera. G. yeralogo. ꝛ his sil꞉ibus. hec oīa bibe cū aqua epithimi. ¶ Si ḋo loc⁹ erit alb⁹: ꝛ mollis: ꝛ ex eo humor velut oleū exierit: coḡscim⁹ ex flegmate infecto nasci. cui medendū est ex subscript꞉. aq̄ cocta: agarico. stomaticō. yera fortissima. G. theodoricō in q̄ nux muscata sit ꝛ ceteris sil꞉ibus. ¶ Gargarismos faciamus ex oximelle ꝛ aq̄ calida puluerē yerepigre adiūgētes. vomitū ꝓuocem⁹ cū oximelle: cui admisceamus aquā cū aneto ꝛ sal gēma: et sil꞉ibus. his eñ. G. pigrā ꝓdesse se expertū testatur: adiūgēs ibi medicamina ad deponēdos malos humores: ex q̄b⁹ orit꞉ allopitia. ¶ Postq̄ humorē ablatum cōperiemus ad excludendā putredinem

poris inclusam allaboremus. vnguenta igitur lenia adhi
beamus et radamus caput cũ nouacula vel psilotro: dilige
ter cauentes ne per hec cutis rũpatur. In primis igit nisi
caput dolet radimus. postea illud pãnis. extergim⁹ nimia
asperitate vel mollitie carentib⁹. G. testat si post fricatio:
nẽ cutis mediocrez citius rubuerit celerius posse sanari. si
xo non tardius. ¶ Medicabimur autẽ sic. si ex calido sit
humore totũ caput p loca scarificem⁹ ita q sanguis exeat:
et ex auellanarũ assatarum et castanear et amigdal. testis
puluerẽ superaspergentes leniter inducamus: ex similibus
loco prius illinito cũ melle: sicut ex puluere caprini sterco:
ris et vngularum caprinor cum aceto. Deinde caput cum
hmõi rebus lauet qbus furfura ex calore nascẽtia purgẽ:
tur. ¶ Si ex frigido humore patiatur: silr caput radimus:
et scarificatur vsq ad sanguinẽ simul cũ sanguie et allio pi
stato inungim⁹: quo adhibito euforbiũ cũ oleo laurino vel
simplici distẽperantes illinimus. Radix quoq canne vel
nasturtiũ in puluerẽ redacta et oleo mixta prosunt vel spu:
ma marina. Quibus qdã admiscent sal nitrum : et cũ oleo
amigdalino amaro: vel ficus folia : puluerizata cũ oleo et
aceto mixta p vnguento adhibeam⁹: vel fimum colũbinũ
simul distẽperatũ. Amigdalas quoq amaras cũ corticib⁹
suis incensas melli admiscem⁹ et caput inungim⁹ pigamũ.
cum aceto vel eius sperma elleborũ album vel nigrum: vel
nitrũ puluerizatũ ⁊ cum horũ pulueribus locũ illum asper
gito: prius tamen panno aspero fricato colloquintide pul:
pas: staphisagriã fimum soricũ: et thus: quodlibet horũ et
cũ aceto forti mixtũ pro vnguento illiniendũ est. Alij admi
scent elleborũ album. Sinapis quoq vel nasturtij semen.
añ. ʒ. i. cũ aceto tẽperatis line ⁊ inunge. Diascorides dixit
castanearũ teste incense: et cũ vino mixte psunt infantibus
vt capita mundent et capilli nascant: neq allopitia oriat.
D. testatur supercilijs pdesse si laudano cum vino et oleo
myrthino distẽperato inungant. Similiter condisi pulue:
rizatus et cũ aceto temperatus eisdẽ supercilijs prodesse vi
det. omne fel prodesse isti passioni videtur. idẽ Dyascor. te:
statur. ¶ Super oia hic considera oĩbus supradictis vnguẽ
tis propter austeritatem mitigandaz ceram vel cepum seu

aliquod vnctuose humectatū vel oleum calidum anetinum siue laurinū est inungendū ꝛ oleū pentadactili: aut oleuȝ de camomilla: ꝛ vt barbe libere nascātur supradictis est vtendum vnguentū ad has res ꝓbatum. ℞. euforbij spume marine. fimi colūbini. añ. ʒ. iij. ellebori al. semis ruthe agrestis corticis auell. spicenar. tapsie: nasturcij. añ. ʒ. i. ꝛ. ß. fac puluerem et cum vino coque vel oleo ro. vel anetino: vel cum oleo laurino distempera ꝛ caput inūge tota nocte inunctū dimitte. Sequenti vero die memineris cum aqua lauāduȝ vbi fabe vel blete sint cocte vel lauatura furfuris quod sepius est faciendum.

¶ De capillis cadentibus. Cap. ij.



Anguis augmētatus et cū interiori calore corporis feruidus capiti ascēdentē fumū mittit: qui cū inueniat clausurā capitis et poros opilatos non permittitur exire. deinde calesit morans in capite cū cerebri calore dissolutus redit ad inferiora corporis sicut videmus humectatione fumi balnei. qui fumus cū tecta penetrare nequeat redit ad inferiora. ¶ Si aq̄ a capite distillat ad dyafragma calidū apa gñat et ide fit pleuresis vera. si i lacertos veniat vel carnes q̄ sunt iter costas pleuresis nō vera dr. ¶ Pleuresis vera hʒ ꝓpria signa. sicut febris duritiē: eiusdē cōtinuationeʒ pūcturā in latere ꝓhibentē de latere i latus se mouere: tussim ꝯtinuā et anhelitꝰ orthomiā quā facit pleureticꝰ pp nimiū dolorē lateris et morbi cordis vicinitas duriciei febris cām facit orthomiā. i. lōgaʒ respirationē facit pleureticus propter nimiū dolorē lateris. pūcturā lateris: q2 mēbrū ner

nosum subtilē hz sensum ꝓpter colligātiā cerebri ad neruos: cōtinuitas tussis: q2 mā apatis est in trahētib9 spūm membris cū aliq̄d opilat vias spūs: adiuuat se natura vt cū tussi quid impedit expellat. Magnitudo anhelitus est sibi: q2 instrumētū spūale dignius. i. dyafragma. morbus occupauit. ¶ Sepe pleuresis inuadit hoies calide et hūide cōplexiōis: in vere nāliter: ī hyeme accn̄tal'r. ¶ Pleuresis nō vera hec habet signa. grauitatē lateris sine tussi: nullū screatū emittit: q2 morb9 extra spūs instrumētum existit. locus exterior manu tact9 dolorē parit īfirmo. Aliqñ extra appet tumor. ¶ Plurima pleuresis ex puritate nascit sanguis. Aliqñ ex sanguie cal'o et colerico. aliqñ grosso et melico. aliqñ hūido et flātico. aliqñ ex oīb9. aliqñ ex q̄busdaz hūorib9. ¶ Intelligit ex colore screat9 ex quo hūore sit morb9. si sit rubeus signat sanguis. si citrinus signat. co. rubea q̄ sanguini dñatur. si niger sanguis incensiones vel co. ru. signat cōcrematiōes: et in coleram nigrā cōmutationes. si albus signatur esse flegmaticus: aliis adhuc modis hic possunt discerni: si materia sit solus sanguis: corpus plenum erit: humide tussit. paruz sitit. Si materia sit colerica corpus erit macidū: tussis sicca sitis nimia. si melācolica corpus asperū. pulsus subtilis et tardus: vrina plumbea. si flegmatica est tussis humida: parū sitit. si cōposita erit: screatus erit colorat9 s'm cōpositiones suas et simil'r infirmi qualitates erūt melancolice: et laudabilior est color subrubeus. i. sanguineus in screatu. sanguis enim esse signat: sanguis enim dignior est oībus et amabilior nature oībus aliis humorib9: obediētior enim est sue actioni: et ad digerēdum facilior. aliquādo screatus in initio morbi est sicut die. iij. vel. iiij. vel. vij. et leuitas materie signat: facile morb9 dissoluit: maxie si screatus sit paruus et leuis et iūctus: cito exiens. in vna tussi vel duab9. Aliquādo screare morat ex grossitudine materie: et sua duritia inobediēte nature: vnde morb9 designat grauis: et eiusdē diuturnitas. Qd si huiusmōi screat9 qualitas cū mlta tussi exeat et angustia et fortiter infirmus tussierit: defectio vtutis signat et pigritia sui. Nec sum9 incerti q2 morbū virt9 infirmi pati nō possit. sufficiūt ergo signa pleuresis: opz medicinā subsequi. ¶ Si ergo videam9 q2 aposte

ma dyafragmatis sit sanguineũ si sequant̄ tp̄s:etas:cõsue-
tudo:ꝛ virtus infirmi festinemus vt de basilica vena minua
mus de latere vbi infirmus patit̄ anteq̄ augmentet̄:maxi-
me si dolor ascendat vsq̄ ad furculas:qđ in periconoxeon
precipit hypo.cũ loca superiora lateri doloroso sint colli-
gata basilica vena incidẽda erit:si inferiora loca doloroso
lateri i dolore sint colligata farmacia est dãda:si infirmus
sit virtuosus nõ est cura alia adhibẽda q̄ que in flõmia pre
cepimus obseruãda.sed flobotomãdus est maxie si sit san-
guinea morbi species:vñ si virt⁹ defecerit nõ oportet flõma-
ri:sȝ quãto magis possum⁹ virtuteȝ custodiri:flõmia eñi est
molestissima cũ defectiõe virtutis:oportet ergo epithima-
ta q̃ri ꝛ cathaplasmata acumẽ sanguis mitigãtia ꝛ dissol-
uẽtia:sicut sunt malue.viole radic̄.ordeuȝ mundũ in aq̄ co-
ctũ ꝛ colatũ cũ oleo viol̄.mirtũ.deide pãni linei subtiles in
fundãur ꝛ loco dolẽti superponãtur frigidi si tp̄s calidum
sit:tepidi si tempus frigidũ sit. Si febris nõ adeo sit fortis
parũ est admiscendũ camomileõ.cũ ptisana nutriẽdus est:
ꝛ cũ zucca.si febris sit fortis ꝛ dura egestio cũ syrupo viol̄.
si febris mollis sit ꝛ tussis fortis sit:dãde sunt iniube.liqui
ri.se.cito.cocti.In fine diei demus micas panis lotas i aq̄
cũ amigdaleo ꝛ zucca.si infirm⁹ in consuetudine habuerit
multũ comedere dũ sanus fuerit:neq̄ hec dieta ei suffece-
rit:dent̄ sibi cucurbite malue.crisolocãna cũ amigdaleo:ꝛ
si dies sit prenũciata oĩa cibaria sunt retrahẽda p̄ter ptisa-
na:ꝛ micaȝ panis dãda tm̃.si tussis sit fortis detur syrupus
iniubinus:ꝛ pill̄.quas i tussi ca.dixim⁹ sunt dãde. Si sit sti
pticus ei⁹ natura est humectãda cuȝ mãna.cassiaf.ꝛ simili-
bus.si materia sit acutissima ꝛ colerica cathaplasmata fri-
gida mollia parũ dissolutiua sunt facienda:sicut de radice
mal.vio.sandali al̄.ordei farina : corticib⁹ cucur.oĩbus pi-
statis ꝛ cũ succo semperuiue distẽperatis.vel cuȝ succo por-
tul̄.ꝛ oleo viol̄.si sit stipticus mollificanda natura est cum
succo cucur.manna.melle viol̄.cassiaf.multum cauenda est
mollicies nature in hoc morbo:nisi cuȝ multum sit necesse:
hunc enim morbum solet sequi semper solutio ventris que
vix potest constringi.¶ Si tussis sit cum constipatione ven
tris:viola danda est ꝛ manna cum aqua vbi iniube sint co-

cte ꝛ syrupus viol'.quẽ dicturi sumus.si egestio temperata fuerit mane demus psiliũ cuȝ succo maligrana.dul.ꝛ syrupo viol'.ꝛ parum olei viol'.post.ij.horas ptisanã cum amigdaleo ꝛ zucca.In fine demus vuas ꝛ malagrana.sugenda. vngatur locus cum oleo viol'.ro.cera al.dragagan.similiter facienda sunt cathaplasmata de psilio ꝛ portul'.ꝛ oleo viola.¶ Syrupus viol'.valet pleureticis:ꝛ calori pectoris: tussibus siccis:ꝛ in initijs ptisicis.℞.viol'.dragagan.se.citonij:ordei mundi.se.mal.cucur.cucu.añ.ʒ.vi.iuiube.ʒ.xx. omnia in.iiij.lib.aque cucurbitine vsqꝫ dum redigãtur ad medium:cola pone zuccari lib.i.ꝛ fac syrupum.¶ Si materia morbi sit ex sanguine humido ꝛ flegmatico vel grosso ꝛ melãcolico oportet superponi loco h cathaplasmata.℞.se. lini.ʒ.iij.malue radi.ʒ.iij.fenugre.ordei mundi.añ.ʒ.ij.fortiter coquãtur atqꝫ colentur:ꝛ post camomileõ apponatꝫ ꝛ spongia ibi infusa dolenti loco superponatꝫ:ꝛ milium ꝛ sal assum superponatꝫ in sacculo vel camomileõ.anetũ.mellilotum.se.lini.fenugre.malua.ordeuȝ oia pista.cathaplasma facito cum camomileo.sansuceleo.¶ Si tussis sit fortis detur ysop⁹ cũ melle ro.vel prassicus syrup⁹.dentꝫ el'aria ꝛ medicina in frida tussi data.¶ Si morb⁹ in declinatiõe sit sapã demus ꝛ mellicratũ:vngatꝫ cũ camomileo.ãnetileo.danileo.Nutriendus est cum ciceris iure ꝛ amigdaleo.

¶ De tremore cordis. Cap.xiij.


Tremor cordis ex hũiditate est coadunata in circũdantibus cor pelliculis.hec morb⁹ fit sanis ꝛ infirmis subito cũ hec humiditas influit cordi.¶ Si humiditas sanguinea vel colerica sit fit cũ tremore cordis ꝛ calor et sitis ꝛ altus anhelitus inest.Si ex grosso sanguine ꝛ melancolico fit timor ꝛ tristitia et pigritia sine siti :aliqñ fit cardiac⁹ morb⁹, cum necessaria cordi minuãtur:sicut sanguis subtilis ꝛ clarus ab epate egrediens:quod intelligimus in epate : vel in locis vicinis infirmantibus sicut in stomaco.Aliquando humores coadunãtur in stomaco acuti.pungentes fortiter vnde morbus cardiacus nascitur.¶ Cordi ergo medicemur cum hoc membrum sit dignius : consideretur ex quibus sit humoribus.si sit ex sanguine vel co.basilica vena est

incidenda: si tempus etas. consuetudo conueniant &c. Si non: scarificemus vicina loca. demus catarticū ex cassiafi. iuiub. prunis oxifenitia. viol. et similibus: detur; boraginis succus. scariol. maligra. In aquā bibēdā syrupuz iuleb ponamus sapā maligrana. oxizaccaram. Nutriamus cum cibis bonarū qualitatū: sicut edulorum pullorum cū malisgra. zucca. aceto. aqua ro. cū camphora et silia. ¶ Si cardiaca sit ex malis hūoribus melācolicis. electuaria purgātia demus: quibus sanguis purificetur sicut yera. G. fortissima. stomaticon maius catarticū epidimac. Sepe dātur epithimata et antidota odorifera. s. selithe muscate. Dyamargariton. socurgene. et silia. vinū odoriferū: mellicraton aromaticū: sepe tēperato balneo vtantur. postea tyriaca maior detur vel muscata. vngatur pectus cū calidis & odoriferis oleis vel vnguentis volatilia cal'a & ad digerendū facilia dētum cū aromatibus cocta. ¶ Si cardiaca ex diminutione sit nutrimēti ab epate cordi veniētis et epar inueniatur infirmum epati prius est medicandū: vt in priorē redigat sanitatē et virtutē. Sed si ex stomaco sit. purgādus est stomacus ex acutis hūoribus cum vomitu et catartico. scz de aloe. vel absinthio mirabol. citri. vel succi vuarū agrestiū cū mirabol. vel succi maligr. cū mirabol. A foris vngamus cū sandalis: farina ordei. cinere ferrarij corticib9 cucurbite. aq̄ ro. & similia. ¶ Puluis Jo. dam. valz cardiacis ℞. floris orni. i. lingue oscelli. ℨ. xv. aluminis scissi. ℨ. v. cacabre. al. carabe. coralli. gēme petre armenie. añ. ℨ. v. coriādri assi. ℨ. v. spodij. ro. gallie. ana. ℨ. iij. ligni aloes. ℨ. vij. fac pul. dans exagi. i. cū odorifero vino. vl oxizaccara. ¶ Alius ℞. boragi. se. portul. añ. ℨ. vij. coralli cacabre. vel carabe. añ. ℨ. ij. gēme. alumis ciperi. añ. exagi. i. se. basil. sandali al. et ru. gallie musca. terre armenice. serici puri. et crudi. añ. ℨ. ij. et. seminis tātūdem zuccari. quante sunt & alie species fac pul. et da. ℨ. ij. cum succo malig̃. vel odorifero vino: vel oxizaccara. ¶ Aliud. ℞. rose spodij. añ. ℨ. v. se. portula. ℨ. x. ameos. succi bedegar. zedoarie doronice: serici. masti. gemme. cacabre. vel carabe: coralli. añ. ℨ. iiij. musci. q̄drantē. i. zucca. quantum oēs alie spēs: fac puluerem et da exagi. i. cum aqua frigida. valet in initio melācolie et cor ꝯfortat.

¶ Aliud. ℞. berberis ro. spodij: se. portul. boragi. an. ʒ. iij. terre armenice: se. basilico. an. ʒ. ij. ligni aloes: gariof. an. ʒ. i. olei ros. quod sufficit. zucca. quantum oẽs alie species: fac pul. da. ʒ. iij. cum succo maligr. accidi. ¶ Syrupus valz cardiacis cũ caliditate et siccitate. ℞. succi prunoꝝ malig. accidi. mali citonij accidi. an. lib. i. oxifenitie. lib. ß. fac syrup. ¶ Aliud valet cardiacis: timidis. spleneticis propter stomacum et cor. ℞. spice: cinamomi. alithei: zodoar. et dero nice. an. ʒ. ij. cortic. pomi citri. ʒ. ß. aneti. semi. exagisi. i. fac pul. da. ʒ. i. cum vino. vbi boragines fuerint posite. per mẽsem vnum bibat.

¶ De sincopi. Cap. xiiij.



Sincopis est absolute defectio cordis et coadunatio totius sue virtutis in se. atq; ablatio fumi sui expellendi. Impossibile em̃ est esse sincopim sine passione cordis. ¶ Fit ergo diuersis modis scz ex plenitudine nimia: vel multa inanitione: vel subita caloris mutatione in frigidũ: vel frigidi in nimia caloris mutatione plenitudo em̃ fit vl' ex humoribus totius corporis vel solius stomaci vel intestinorũ vel matricis. Si sit ex toto corpe monstrat ex fatigatione: grauitate per oĩa membra corpis. Si de stõaco cum diuturna ymaginatione est añ oculos ructatio. vomitus dolor in prora capitl. Si de intestinis sit. grauitas et inflatio melancolicis dolor et punctura colericis: grauitas sine inflatione flegmaticis. Inanitio est ex nimia ventris solutione: vel fluxu sanguinis e naribus: vel vomitu: vel sudore. Mulieribus aũt a mẽstruis: vel emorroydis. Quecũq; harum nimia est et fortis. corpꝰ dissoluit. mẽbra aggrauat. calor naturalis extinguit: splẽdor deficit: vñ necesse est vt cor patiatur. Mutatio subita caloris in frigiditatẽ poros opilat. fumũ in interiori corpe claudit: et calorẽ naturalẽ suffocat: vnde cor patitur et sincopis cõcreatur. Mutatio subita frigoris in calidũ corpus rarificat: calorẽ naturalẽ dissoluit: vnde calor cordis minuit et deficit. ¶ Aliqñ sincopis ex anime accidẽtibus est: sicut subito timore vl' gaudio plurimũ hic patiuntur decrepiti vel defecti: multi em̃ hoꝝ cum subito timeant vel gaudeant in sincopim tendũt. Cor em̃ eorum cum timeat nimiũ constringit: et calor suus na-

turalis coadunatur et nō dilatatur: vñ patiuntur et defici-
unt. In letitia dilatatur cor subito et aperitur et calor na-
turalis suus in exteriora exit corporis: et ita deficit dū re-
frigeratur. ¶ Aliqñ dolor nimius sincopim sequitur: maxi
me si in membris sit sensibilibus: sicut in yleos videm⁹: he
sunt sincopis cause ⁊ sigtiōes sue. cui⁹ vnaqueq; species su
as medicinas habere videtur. vl'r sua medicina taliter erit
facienda. sed vnde fiat morbus in primis videat: quo viso
intēdimus qd facere debeam⁹. ¶ Si sit ex plenitudine mi-
tigando sincopim aquā mittimus frigidā in faciē infirmi.
stōcus pfricet: nares teneam⁹: crura ligem⁹. pennā vel digi
tū in os mittam⁹: vt vomitus puocet. Cū defectio finierit
hoc mō medēdū erit. Si plenitudo i corpe sit catarticū, dā
dū erit: et pill'. et oē qd abundantiā illā sentiat deponere.
Dabit oximel ⁊ mellicratū. oximel laxatiuū tyriaca. selite
socugene cū succo aneti ⁊ apij. Cibi dandi leuiores sic iura
ciceris cū aneto. vinū subtile ⁊ clarū et purū. Si plenitudo
sit in stōaco: dādus est vomit⁹ dyatrionpipereō. et diacimi
nū si ex calidis sī hūoribus refrigerem⁹ cū syrupo ⁊ succis
refrigerantib⁹: si plenitudo sit intestinis maxīe in inferio-
ribus clistere faciamus sepe. ¶ Si sincopis ex inanitione
sit. aqua refrigeret in facie nares teneantur: stomacū per-
fricemus: manus et pedes ligemus. Si ex superioribus sit
mēbris: sicut ex sanguine e narib⁹ et vomitu. inferiora mē
bra plus erunt ligāda: sicut crura. si in inferiorib⁹ sicut mē
strua et emorroydes. superiora mēbra ligent: sicut manus
deinde vinū subtile detur et clarū cū aqua frigida mixtū.
vnde. G. oēm inquit defectionē ex inanitiōe mitigat vinū
aque frigide mixtū maxime si ex acutis sit humorib⁹ a sto
macho et a sui pertinentia descēdentibus. si infirmus do-
leat caput vel nimiā febrem habeat: vl' calidū sit apostema
in viscerib⁹: vel mens sua alienet. vinū nullatenus hic det
multū eni nocet. Itē sincopis ex inanitione iuuat odorife-
ra in naribus habere: sicut ro. myrtha. mala citonia. vinum
mixtū cū sandal'. et aqua ro. Syncopi trāseunte et infirmo
in vigorē pristinū redeūte cām syncopis laborem⁹ curare.
Medicabimur ḡ medicaminib⁹ q̄ suo loco qbusdā iam de
dim⁹ ⁊ qbusdā iā dabim⁹ suo loco. Precipiēdū est ex inani

tione sanguinis nõ balneari.similiter ⁊ in sudore. Intẽtio nr̃a est poros cõstipari et opilari et nõ rarificari.et mollificari.moliendũ est in loco vbi iacent stipticum et frigidum aerem curare vel attrahere:vt in domo aspergant̃ salices. myrthe.vitiũ extremitates rose.et sil'ia.vngamus cuz oleo myrtino.ro.p̃cipiatur quiescere in pace. Nihil horũ iuuat hos oẽs quibus in stomaco acuti currũt humores:augmẽtatur corꝶ dissolutio.quãto magis eorũ claudimus poros. In huiusmõi dispõne syncopi subueniẽdũ est ex inanitiõe. ¶ Syncopis si ex calore sit nimio.vl' ex mora i balneo.vel ex aere intercluso:aqua frigida ponẽda est in facie. Sunt etiã iuiube dãde in aqua frigida. vinũ leue et subtile cum aqua eadẽ facies euoluenda in pte illa: vñ ventus fiat.añ faciem eius cũ flabello faciamus ventũ.frigida et odorifera odorentur.demus mala grana.⁊ medullas cucumeris. Dyascor. odores inquit cucumerũ syncopi vtilissimi sunt. ¶ Si ex nimio sit frigore opꝫ calefacere quantũ plus possumus:cũ vino muscatã demus.tyriacã maiorem:demus ⁊ mellicratũ aro.balnea odorifera ⁊ calida ⁊ aromatica adhibeamus. ¶ Si syncopis ex accidẽtibus aie sit odorifera sibi faciamus odorare.causam morbi ingeniemur auferre et mentẽ et intentionẽ suaz in balneis occupare atqꝫ in vinis odoriferis:et musicis instrumentis et similibus.



¶ De apostematibus mãmillarũ. Cap. xv.

IN mãmillis aliqũ nascuntur ap̃ata siue tumor que diuersis fiunt modis:vel ex corrupto ⁊ putrefacto sanguine: vel ex quolibꝫ alio humore vel ex lactis coagulatione et eius putredine. ¶ Ex colore saniei vñ fit ap̃a põt ĩtelligi:si eñi albũ est et liuidũ ex coagulatiõe lactis fit:cui opꝫ subuenire cũ medicina ne sanies se ibi colligat. Si ex sanguine sit.vel co.loc⁹ rubet ⁊ calet:tũc fortiter gallia muscata al'.tũc frõs galle vel querc⁹ pistata.cũ oleo ro.desup est ponẽda:vel fabe cũ albugine oui diu pistate:vl' cũ succo solatri:vel memite: vl' bolũ et succũ coriãdri ⁊ oleũ ro. ¶ Si ex friditate sit:mica panis supponat̃ cũ apij frõde vl' sterc⁹ bouis:vl' fenugre.⁊ mellitotũ:cũ sisamileõ:vl' crocus cũ lacte mulier. Si durũ sit ap̃a feres aceti suppone vel feres ferramẽtoꝝ molẽdiui.

¶ Si ex coagulatione lactis lentes: et seminis lini farinã
et oleũ ro. et croci superponas atq3 oua cũ corticibus suis
in oleo ro. insimul pistata et ciminũ cum melle pistatum ꝛ
tẽperatũ: caulium radices: menta. fabarũ farina. hic apo-
stemata dissoluunt et lac cõstringunt. similiter facit sal et
faba. Item oportet in desiccando lacte siue extrahẽdo al-
laborare. spongia africana vel marina infusa in aqua ꝛ a-
ceto ꝯ omnia valet vitia. ¶ Aliud dolorẽ vł tumorẽ mãmil
larũ sanat. enule folia superligata prius parum contusa.
¶ Aliud. farina fabarũ cribrata ꝛ oui vitello cõmixta oẽs
dolores ꝛ tumores oĩum locorum superimposita mitigat.
¶ Aliud. albũ marubiũ cũ assungia veteri tritũ dolorẽ se-
dat superimpositũ. ¶ Aliud. stercus colũbinũ cum melle ꝛ
cera resolutũ et tritũ dolorẽ mãmillarũ et inflationẽ dissol
uit: et ꝙ ille non crescant idẽ facit. ¶ Aliud maratrũ tritũ
cum assungia veteri et cũ lintheo superpositũ lactis coagu
lationẽ dissoluit. ¶ De fetore asselarum. Cap. xvi.



Multi patiuntur in calore vel coytu assellarũ fe-
torem: vñ humores in corpore significant pu-
tridi esse. Cõuenit ergo prius purgare corpus
deinde litargirũ accipiamꝰ temperatũ cũ suc-
co solatri. vel cũ sola aqua. vł aqua ro. et inde
vngamus. Simił'r facit ro. cũ aqua. Iterũ alumẽ siue myr-
rha: siue yreos qđcũq3 horum cũ aqua tẽperet: et locus il-
le vnctus adiuuat. ¶ Aliud. ℞. litargi. ʒ. ij. aluminis. ʒ. i.
rosa. myrthe. ana. exagi. i. myrrhe exagi. sufficit fac pul. la-
ua assellam cum vino et pul. hunc inijcito. idem facit myr-
tha et puluerizata et sicca.

¶ Incipit quartus liber: de difficultate transglu-
tiendi in gutture. Capitulũ primũ.



Quoniam in tertio libro superiori mor-
bos ꝛ medicinas diximꝰ mẽbrorum seruiẽ
tium spiritui. cõsequẽs ordo expetit tra
ctare de mẽbris attinẽtibus cibarijs: ꝛ
eorũ medicinis. ¶ Incipiamus ergo a
meri qđ ab ore cibum ad stomacũ ducit
est autẽ totus liber iste. xx. capitulorum.
Istud meri magnũ iuuamẽtũ est corpo-

ris cum oportet cibū ad stomachū ⁊ potū.hic autē patitur trib⁹ modis:vel ex mutatiōe cōplexionis:vel ex apāte:vel vulnere:vnde eius actio mutat̄ ⁊ transglutiēdi vsus aufertur.¶ Si ex mutatiōe cōtingat cōplexionis paulatī ⁊ cuꝫ mora aliqua trāsglutit.⁊ hic cū labore:cum nec grauetur:nec clausum sit.Si ex calida cōplexione sit.sitim ⁊ aspertatem patit̄ cum fumositate.Si ex frigiditate:neqꝫ sitit:neqꝫ est aspa.Si apā sit causa apātis loco dolor sentit̄ ⁊ angustia cum cibū trāsglutit.In apte cū dolore fit trāsglutatio cibi sed cuꝫ trāsierit dolor ⁊ angustia quiescit.Si apostema sit calidū cuꝫ dolore sitim ⁊ calorē sentit nimiū. Si frigidū grauitatē ⁊ sine pulsatiōe ⁊ siti sentit doloreꝫ. ¶ Si in gula sint vulnera puncturā cū dolore sentit:⁊ maxime si salsa ⁊ acida comederit:quapropter intellecta causa:opꝫ vt subsequat̄ cito medicina.¶ Si ex mutatiōe complexionis sit cum solo dolore vel calore ⁊ siccitate opꝫ medicum intelligere:post solutio est procurāda ⁊ cuꝫ frigida causa:sicut cum syrupo viol̄.prunorū syrupo.cucur.succo. cum zucca.⁊ amigdaleo.Nutriatur cum portul̄.cucur.crisolocāna bliti:lactuc̄.⁊ similib⁹.Dāde sunt pillule ad hec valentes dolorē ⁊ siccitatem in meri ⁊ pectore mitigātes. ℞.gūmi arab.dragagan.se.portul̄.⁊ malue.se.citoniorū. añ.ʒ.x.liquiri.succi.exag.i.se.lactuce:gūmi cerasoruꝫ.añ. ʒ.ß.fac pul.⁊ cum syrupo viol̄.tempera in modū fabe faciens pill̄.⁊ sub lingua ponat que cum dissoluūtur trāsglutiat:trociscos camphoratos ⁊ trociscos valentes contra calorē stomaci in libro stomaci inuenies.¶ Si impedimētum transglutiendi sit ex frigore ⁊ frigiditate cōplexionis dentur succi scariole ⁊ apij bene cocti cum melle ro.detur etiam dyanisum ⁊ pill̄.quas in frigida tussi diximus.Nutriatur cum calidis ⁊ mollescētibus siue carne siue alia re. dentur iura cicerina bene cōdita.¶ Si apostema trāsglutiendi morā fecerit an calidū sit videamus:⁊ si sit caliduꝫ tunc cassiafist.⁊ mannā cum oleo viol̄.demus ⁊ succum solatri bene coctū ⁊ colatū.demus etiam pill̄.quas sub lingua diximus tenēdas.Nutriamus eum cū iusculis ⁊ refrigerantibus:sicut cū ptisano cucurb.portul̄.crisolocāna cū amigdaleo.¶ Si ex frigido sit apostemate demus ysopuꝫ

coctum cum melle prassicu syrupu: ꝛ pill. quas fecimus in frigida tussi. si crepuerint interi⁹ apata ꝛ infirmus febriat detur ptisana cu amigda. ꝛ zucca. si cibu medicinale querimus calametu ptisane cu zuccaro demus ꝛ amigdaleo: si virtus deficiat detur lac caprinu in quo petra inistiatur calidissima. ¶ Si apa sit exterius ꝛ calidu esse videat cathaplasma de psilio faciamus: ꝛ lini se. cu lacte caprino teperato: ꝛ si no sit ex calore fenugrecu ꝛ se. bobicnu dem⁹. ¶ Si sit ex vulneribus demus quibus vulnera solidentur: sicut succu arnoglo. cum bolo ꝛ terebetina cu melle: ꝛ maxime si vulnera sint vetera. Nutriamus cu scariola ꝛ mica panis. si sit sine febribus mellicratu demus. si sit cuz febribus ptisana demus: ꝛ vulnera meri medicentur ꝛ canaliu pulmonis atqꝫ gutturis. ¶ Quecuqꝫ in his mebris nascit infirmitas non subito: sed paulatim dada est medicina: no eni his dam⁹ vt maneat: sed vt traseundo subueniat.

¶ De defectione appetitus. Cap. ii.



Esideriu cibi ꝛ potus esse intelligim⁹ sensum stomaci exinaniti in venis recepta suggetib⁹. ¶ Corruptio desiderij fit trib⁹ modis. Ex humoribus crudis: vel colericis ori stomaci dominatibus vel ex ablatione virtutis desiderabilis ꝛ sensibilis mortificatioe sui vel ex corruptioe metis appetitu nullius cibi necessariu intelligetis. ¶ Si ex crudis sit humorib⁹ acida ructuatio sequit ꝛ stomachus sine siti inflatur ꝛ paru digerit: si ex colericis sit humorib⁹ fumositate sentit ructuationis cum ardore stomaci ꝛ siti: et cum velocitate grossum cibu digeredi ꝛ difficultate subtilem cibu emittedi. al. immutadi. si ex defectioe desiderabilis virtutis sit ꝛ mortificatioe sui infirmus cibu prius appetitum ꝛ amatu abhorret saporandu: neqꝫ vult accipere eum: ꝛ qd peius est nullu ciboruz habet desideriu. ¶ Ablatio eni desiderij cibor in omnib⁹ morbis diuturnis pessima est: maxime in dissinterijs. ¶ Qd si sit ex corruptione mentis pala fit visui cuius medicina mentis tmmodo erit cura. ¶ Si ex humorib⁹ sit crudis opꝫ cum vomitu ꝛ solutione purgare. si non humores mali in bonas qualitates mutandi sunt. dandus est cibus ꝛ potus quibus humores

clausi purificent. ¶ Trifera .S. stomachū confortās digestionem ꝛ appetitū adiuuās ventositatē dissoluēs colorem malū ꝑpter frigiditatē stomachi siue emorroydarū existētem emendās. ℞. mirab. ci. chebul. indo. embli: belli. ana. ʒ. x. fac pul. cū amigdaleo fricandū: deinde mixtis pulueri bus zinzib. masticis cinamomi ciperi gariof. añ. ʒ. vi. galange: apij maratri anisi ameos assari: spice. ꝛc. ana. ʒ. vij. costi piperis ni. ꝛ lō. tapsie. añ. ʒ. iij. nucis musca. macis pe nid. cardamomi: tūndē addat mel qđ sufficit. in modū auel lane detur ieiunis cū aqua cali. ¶ Aliud valens ad idē. ℞. mirabol. indo. belli. embli. añ. ℥. ß. hec trita cū amigđ. fricabis. deinde puluerizatis anisi cimini: cinamomi gariof. galāge carui masticis zinzib. añ. ʒ. iij. absinth. myrthe. se. ro. ana. ʒ. iiij. calamenti orig. folij amidi. ana. ʒ. iij. acori: stingui. i. morelle: yringorum radic. aristol. ro. sticados. ꝛc. ana. ʒ. ij. mell. quantum sufficit. in modum auellane. vel castanee cum aqua cali. ieiunis detur. ¶ Trifera magna detur his q̄ defectū patiunt ꝛ incendiū siue calorē in stomacho. ℞. mirab. ci. ʒ. x. chebul. embli. añ. ʒ. v. hec puluerizata cū aqua ro. tēperent. deinde puluerizatis ro. spodij. añ. ʒ. iiij. sandali albi ꝛ rub. se. myrthe. se. portul. galle liquiri. ana. ʒ. ij. croci mastic. cacabre. al. charabe cāphore añ. ʒ. i. priori cōfectōi admisce. ʒ. iij. cū syrupo ro. det. ¶ Si ex defectione sit virtutis dyatriōpip. valet ad dissoluendum humiditatez stomachi flegma calefacit ꝛ desiccat: ꝛ oēs frigidas paß. viscerū curat. ℞. piperis al. ni. ꝛ lon. zinzib. cimini maratri apij. ꝛc. gariofi. costi masti. añ. ℥. iij. assari. ℥. i. xilobalsami carpobal. cassie spice amomi. añ. ℥. ß. mellis quantū sufficit. ¶ Valet etiā oleū lētiscinū ad punctionē ꝛ caliditatē stomachi: ꝛ incēsionē q̄ fit de colera ru. ℞. rosarū sandali albi ꝛ rub. añ. ʒ. iiij. spodij: gallarū mastic. añ. ʒ. i. oīa ista trita coq̄ in lib. i. succi solatri vsq3 ad me dietatē: quo colato mitte. ʒ. iiij. olei ro. Itē coquant ꝗusq3 solū oleū remaneat: deinde stomachū vnge. ℞. rodostoma tis. i. aque ro. succi solatri vue aggrestis: succi myrthe. añ. ℥. i. olei ro. violati. añ. ℥. ij. sandali al. gal. añ. exag. i. oīa coq̄ donec solū remaneat oleū ¶ Si ex coleric sit hūorib⁹ res frigida ꝛ stiptica detur ꝛ acida postq̄ purgabit: omne

enim refrigerans confortat appetitũ.calefaciens ecõtra: qꝛ frigiditas adiuuat ꝛ partes sanguinis dispersas per sto machũ: ꝛ venas coagulat ꝛ inanit loca antea plena: que dum natura implere querat appetitũ generat replentium ciborum.calor enim facit econtra: cum enim calefaciat et dispergendo calefacta loca impleat exinanita necesse est vt fastidium faciat. Itẽ frigor pungit stomachõ dum exic= cat eum sicut superius dictum est. ¶ Si sit ex defectione virtutis appetitiue queramus ex qua sit cõplexione mem= bro appetitiuo ꝛ deficiẽte dominante: ꝙ ex contrariis me dicari contingit: oĩs eñ defectio virtutis naturalis ex ma la est cõplexione membrũ cuius virtus est dominãte et su= perante ipsum. ¶ De bolismo. Cap. iii.



Frigiditatẽ stomaci maiorẽ habere appetitũ ꝙ calorẽ itelligit quibusꝫ quilibet rem discer nens: sicut eñ iã diximꝰ cum dispsa per stoma chum in vnũ ex frigiditate coadunãtur: loca aũt plena euacuant: ꝛ ita appetitꝰ efficit: que frigiditas cũ augmentata naturalẽ modũ excedat: vltimi= tatem appetẽdi necesse est vt faciat: vnde non suo noie ap= pellata vocat appetitio canina. Qđ tribꝰ modis fit: vel ex frigida cõplexiõe oris stomaci dominãte: vel ex acidis hu= moribus ibidẽ coadunãtibꝰ: vel ex vltimitate exinaniendi quã patitur vis corporis ex frigida cõplexione de aliquo acido hũore nimiã sequi solutionẽ est videre: vnde corpus debilitatur: ꝛ plusꝙ digerat mãducat: omnis eñ digestio ex calore fit tẽperato vel nimio: cum ergo aliquis hac la= borat infirmitate: quia caret calore: plusꝙ digerat potest manducare. Cum enim ex defectione cõtingit virtutis cõ= tentiue qđ manducat in stomacho non digerit. Sed fere sicut intrat crudum ꝛ indigestũ itidẽ emittit per secessum. ¶ Cum ergo certificat vnde hec infirmitas oriatur: tunc tandẽ allaborandũ est: vt medicet. Si sit ex cõplexione fri gida: vel ex acido humore stomaci infirmo precipiendũ est bibere vinũ purũ ꝛ forte ꝛ multis vicibus ꝛ multum: vnde Ypo. vinũ inqt ebibitũ ꝛ multũ famis ẽ expulsiuũ. oportet autẽ vinũ eẽ rubicũdissimũ: ꝙ in hac ĩfirmitate magis est iuuatiuũ caueat ab acerbo. Si volũtas appetat comedere

vnctuosa pdesset eis dare. In hoc est elaborādū vt quicqd comederit sit vnctuosum. post cibū dandū est qd precipimus vinū: neq3 in cibo vel potu acida vel pontica demus. medicamina calida sunt dāda: sicut dyanisuz dyazinziber dyagalanga: dyatrionpipereon: maior trifera ꝛ similia: ꝛ coclerā naturalē ad digerendū iuuatiua: ꝛ a malis humoribus stomachū mūdificatiua. ¶ Si hec passio est ex defectione contētiue virtutis vnctuosa vident nocere: oportet ergo medicinā dare odoriferā sicut cytoniatū. dyamilon: dyabasilicō electuariū malo℞. ꝛ alia pōtica ꝛ ꝯfortatiua.

¶ De irrationabili appetitu. Cap.iiij.

Aliquando quidam homines appetunt irrationabiliter: sicut cretā: lateres carbones: et similia corpus non adiuuātia. hec sepius fiūt in mulieribus frigide nature: ꝛ pregnantibꝰ: maxime qꝛ fit ex malis ꝛ putridis humoribꝰ stomachū inuiscantibus: vel ex alijs mēbris ad ipsum con fluentibus: sicut mēstrua in mulieribus: que dū concipiunt ipsarū mēstrua ad stomachū veniunt. ¶ Diuersitas huius appetitus ſm qualitates humorū in stomacho se coadunātium consideratur. Qd cū medicari velimus anetum cum melle coctū demus: vt sine labore euomāt pisces recentes sine sale dentur: ꝛ plures māducent radices coctas in oximelle: ꝛ post cibum vinū bonum bibant. Nutriantur cum bono pane ꝛ volatiliū iuscell'. ¶ Si cretam appetāt cicer demus ꝛ fabas ꝛ grana assata: vtiliter his medicabimur si humores nociuos expellere laboremus sine labore ꝛ an gustia cum suauivomitu yerapig. ꝛ pillulis aureis: ꝛ stoma chum exterius epithimate cōfortemus cū mastice: spicaro. absinthio: oleo nardino. masticēt anisuz ꝛ masticem: ꝛ ameos ciminū mentā ante cibū ꝛ post cibum de hac confe ctione oportet eum accipere. ℞. cardamomū maius ꝛ minus cub. equali pōdere zucca. quantū sunt oēs alie species fac puluerem ꝛ da quantū pati possit.



¶ De defectu appetendi potū. Cap.v.

Aliquādo rursus bibēdi aufertur appetitꝰ: qd similiter tribꝰ modis efficit: vel ex nimijs et humidis hūoribꝰ stomacho dn̄antibꝰ: vel ex

defectione virtutis sensibilis: vel ex corruptione mentis. ¶ Cum velim⁹ medicari opʒ cōsiderari hūores si hūores sint nimij in ore stōaci cum vomitu vl' solutiōe sunt purgā di ꝛ cū medicina cibi ꝛ potus dandi sunt qui maloꝝ hūoꝝ sunt mundificatiui: ꝛ malarū qualitatū in bonas mutatiui. Si ex frigiditate sint que dominētur ori stomaci calefaciendus est stomachus cum calidis medicaminibus et antidotis odoriferis ꝛ similibus cibis. ¶ Si sit ex mortificatione sensibilis virtutis in stomacho pessimū est ꝛ mortis designatiuū. ¶ De siti. Cap. vi.



Aliquando sitis augmētatur ex complexione calidorū humoꝝ mēbrorū pectoris dominatiua vel epatis: siue ex apatibus calidis in eis. ¶ Qui autem sitim habent esse ex membris pectoris plus adiuuātur in attrahendo frigiditatem aeris ꝙ si aquā biberint. ¶ Os si ex epate sentiūt dolorē in dextro latere. post aquā ebibitā: maxime si ambulent. ¶ Plurimū desideriū potus inter mēbra est a stomacho. Sitis stomaci duobus modis augmentatur secūdum qualitatē si patiatur ebullitionē ꝛ ardorē sicut videmus in febricitantibus ꝛ cibum ꝛ potū potestatiue calidū accipientibus vel secundū quantitatē vtpote si stomachus multos hūores colericos habuit vel flegma salsum. ¶ Si mutatio stomaci ex solo calore sit bibendo aquam frigidā extinguitur sitis. Si ex coleribus interclusis infirmus in bucca sentit amaritudinē aqua ebibita ꝛ fumū gulam incendentē aqua ebibita cito calefit in stomacho. ¶ Si ex salso flegmate sentit salsedinē in sapore. si aqua calida bibatur sitis extinguitur. ¶ Cum ergo aliquē videam⁹ sitientem vltra quantitatē naturalē oportet vt inquiratur si ex sola complexione calida sit. dabit infirmo res refrigeratiua: sicut succus cucurbite cum zucca. ꝛ psilium ꝛ syrupus viol'. Nutriamus cū ptisana ꝛ portula. cucur. lactuc. blitis detur paru⁹ cibus labor dimittatur. quies et taciturnitas ore clauso obseruētur. frigiditas aeris trahat. cathaplasma de foris ponat de cucurbita corticib⁹ ꝛ portul'. ꝛ sil'b⁹. Sub lingua teneant trociscos hmōi valentes ad sitim et calori febris: ꝛ viatoribus in estate euntibus per loca vbi

non inuenitur aqua. ℞.portul.semi.dragag.añ.ʒ.iij.semi. meloñ.cucur.lactu.añ.ʒ.ij.sandali gũmi arab.añ. ʒ.ij.psi-lij.ʒ.ij.cucu.ʒ.iij.viol.ʒ.ij.fac pul.et tẽpera cũ aq̃ ro. in modũ fabe:⁊ sub lingua pone. ¶ Si sitis fuerit ex colera ru. stō inclusa purgetur cũ farmacia vomitu ptisano:⁊ oxizac. detur cũ succo maliḡ.vel syrupo viol.syrup⁹ ad eandẽ sitim et ad extinguendũ calorẽ digestionẽ humectans ⁊ sitim extinguens.℞.viol.ʒ.xx.prunoꝝ iuiub.oxifen.añ.ʒ.c. spodij ʒ.ij.omnia coquant in.ix.lib.aque quousqꝫ deueniant ad tertiã colent:deinde succus maligrana.dul.accipiat lib.i. zuccar.lib.ij.fac syrupũ dans.ʒ.i.cum aq̃ frigida.¶ Apozima valẽs ad eadẽ.℞.rose sicce.ʒ.v.oxife.ʒ.ij.cassiefi. ʒ.iij. se.citonij.dragag.añ.ʒ.ij.marat.ʒ.i. oia ponant in.ij.lib. aque calidissime vna die et nocte postea cola : da ieiuno bibere lib.ß. ¶ Aliud.℞.lactuce.ʒ.i.lẽtisci rose sic.añ.ʒ.iiij. oxifeu.ʒ.ij.oia ponant in.i.lib.aque ca.die ac nocte.cola ⁊ da bibere.¶ In siti ex salso flegmate in stomacho existẽte vomitus vel farmacia erit purgatio:deinde succus maratri apij coctus et colatus:vel mellicratũ cum aq̃ cal.vel oximel.vel apozima vbi maratrũ et anisum coquant.Sola aq̃ cali.valet similiter vinũ albũ et subtile.nutriat cibis colatiuis et mũdificatiuis.

¶ De eructuatione. Capitu.viij.


Ructuatio si sit extra temperamentuꝫ nature nocet cibarijs intra stomachũ cum prohibeat ad digerendũ: cuius causa vẽtositas inflatiua est:quã per os expellit natura. ventositas hic est ex stomachi defectiõe. hic stōachi defectio est ex mala complexione:vel quorũdam humorũ dominatione:si humores sint calidi fumose ructuabitur. si frigidi acide. ¶ Acida ructuatio.iiij. ex causis est. ex frigiditate stomachi:vel ex adunatione cibi:et multitudine sui: vel ex natura frigidissima:vniuersaliter causa ructuãdi est ex defectione caloris in stomacho: ne cibo domiuetur et digestioni sicut videmus in paruo foco si multa ligna et viridia apponamus. ¶ Unde cum vltra moduꝫ ructuare videmus si sit ex calida complexione inquiramus: quia refrigerandus erit stomachus cum frigidis syrupis:sicut syrupo ros.

viol. Si ex cacochimis sit: purgãdus est cũ apozimate ab- sinthij: ꝛ aloe vel oxifen. sero caprino sirupo acetoso: cũ oxi zaca. seu ptisana cũ succo maligra. ꝛ silia. ¶ Si ex frigida sit ꝯplexiõe sine materia calefaciam⁹ cũ calidis reb⁹: sicut cũ corticib⁹ pomi citrini pipere gariofil. mastice carui: ci- namomo alith. tyriaca magna: dyaniso: dyacimio: dyatriõ pipereon: dyagal. socrugene: ꝛ similibus Si ex frigidis sit humorib⁹: demus yerãpigrã. yerã. Gal. oximel. mellicratũ: dyazinzib. dyagal. dyaspermaton: gariofilatum: dyacal. dyacarui. si stomacus infirmi ista vẽtositate impleat: neq; eructuatio fiat: dentur vñ eño fiat: sicut mastic. ciminum leuist. anisuz squinãtũ. ʒʒ. carui: piper longum: ꝛ similia.

¶ De singultu. Cap. viij.



Singultus est malus mot⁹ virtutis desideran- tis expellere rem nociuam: qui multis modis fit. De repletiõe de inanitione. De corruptio- ne cibi infra stomacum ꝛ sui permutatione in pungitiuas qualitates. de frigiditate oris stõ maci: de ventositate inflatiua stomaci ex repletiõe vel ex multis humorib⁹ humidis vel ex multitudine potus ꝛ cibi. ¶ In singultu de repletione grauitas sentitur in stõaco: corporis repletio: digestiue virtutis defectio: plurimũ hec patiuntur seniores et quieti ꝛ humidis cibis nutriti. Qui singultus ex inanitiõe efficiuntur: vel ex nimio vomitu: vel ex indigestione: vel ex febre acuta: ꝛ hec plurimum patiun tur iuuenes ꝛ laborantes in acuta febre. ꝛ ex frigiditate sit oris stomaci: nihil horum sentitur que dixi: ex ventositate inflatur stomacus ꝛ venter extẽditur. singultus autem dif- ficile ꝛ dure medetur: sicut qui ex inanitiõe cõcreatur. Sed hic est rarus. ¶ Qui cum medicabit videat si ex plenitudi- ne sit: ꝛ vnde plurimum venerit: purgetur repletio cum far macia vel vomitu si virtus ꝛ tempus cõuenerint. sin autem: demus rem dissoluentem atq; calefacientem: sicq; mundi- ficantem os stomaci: castorei da. ʒ. ß. cum succo mente vel castor. ꝛ mastic. añ. ʒ. ß. cum aqua vbi cocta sint carui ꝛ ru- ta: ruta detur cum vino veteri: vel aqua vbi cocta sit ruta ꝛ pauco melle: ex composita medicina omnes dentur ty- riace ꝛ odorifera antidota: sicut gariof. dyagal. dyazinzib.

dyaciminum: dyacastoreum dyapiretrum dyanisum dya-
trioupipereon quodcunq; horum inuenias da cum aqua ca.
Calefaciamus a foris stomacum cum aqua calida. vbi co-
cta sint abrotanum origanum sansucum et similia: omnia
hic in aqua pluuiali cocta calefaciunt Epithima impona-
mus cum oleo castorino: laurino camomill. et similibus. In
repletione ex sanguine detur aqua ca. cum cassiafistu. vel suc
co solatri: vel maligrana. vel malorum succo galliacq; mu-
scata. ¶ Si vero sit ex inanitione cum acumine et calore ti
mendum est et suspitiosum. danda est aqua frigida: rodo-
stomacum cum rodoleon: demus ptisani. cum oleo viol. ca-
thaplasma apponatur frigidum stomaco: et similiter epithi
ma. ¶ In solutione ventris nutriamus cum lentibus et ace
to agrestium vuarum et aliis his similibus. ¶ In singultu
ex corruptione cibi in stomaco et mutatione sui in malas
qualitates: vtilior est medicina. s. vomitus: quo singultus
aufertur. ¶ In frigiditate oris stomaci vel ventositate den
tur calefacientia: sicut vinum vbi cocta sint vel nitrum cum
melle vel se. apii: ciminum: anisum: calamentum: abrotanum
mastix: cinamomum: alith. reubarbar. carui zinzib. conditum
vel aliquod antidotorum: in singultu ex repletione dictorum.
Menta i singultu ex frigiditate iuuat. ¶ Succus maligra.
qui muscidus est: et acumen mali citri. iuuat singultum ex co.
ru. epithima supponatur olei anisinum anetinum laur. et myrti-
num. ¶ In singultu ex cibis calidis et siccis incendentibus et
nimiam siccitatem in stomaco facientibus aquam frigidam demus
et amigdaleon cum aqua frigida: oleo ro. cum aceto oxizaca.
cum aqua frigida syrupo viol. prunorum. Extinguitur omne ge-
nus singultuum: si infirmo timenda vel auxia nuncientur: na-
tura enim ex cogitatione singultum impedit. sternutationes
fiant cum gariof. rosa: pipere calamento condisi. sternutatio
enim mouet stomacum et expellit ventositatem. Item iuua
tur singultus manuum: pedumq; cubitorum ligationibus.
Iuuat tenere flatum ad singultum et oscitationem. anheli-
tus enim si stringitur: et longo tempore pectori includa-
tur dissoluitur: quia ex necessitate calefit: deinde perforans stri
ctas vias in quibus si inueniat ventositatem expellit et eiicit.

¶ De fastidio.   Cap. ix.

Ualiciq3 continuã vult custodire sanitatẽ. stomacũ custodiat: ne cũ sibi necessariũ sit cibũ prohibeat: neq3 plus det q̃ digerere valeat. Quesitũ enim fuit a Gal. quare parũ manducaret. Respõdit. intendo enim manducare vt viuaz: alij intendũt viuere vt mãducent. dixit Porphyrius. differentia inter me ⁊ vos est in vita hui⁹ mũdi. Ego em̃ non comedo nisi vt viuã: vos viuere mũdo amatis vt comedatis. Interrogauit iterũ. Gal. quidã que medicina est perfecta. Respõdit. abstinẽtia. Plato dixit. Abstinẽtia est duobus modis: vel enim est vniuersalis vel particularis. vniuersalis vt nõ mãducet nisi cũ vehemẽs ⁊ magn⁹ fuerit appetitus. particularis. vt ꝯsideratis element[ ]is tibi dñantib⁹ vtaris sibi opposit[ ]is cõuenientib⁹. Antiqui parũ comedere p̃ceperũt vt calor naturalis dñetur sue digestiõi. Si em̃ comedamus hic que calor naturalis nequeat digerere: fastidiuz gñatur: fastidiũ magnũ est nocumentũ ad sanguinẽ corrũpendum ⁊ morbum generãdum. Quod si sit ex malis cibis grossis generãtibus chimos grossos: morbi duri ⁊ diuturni generant. ¶ Morbi nascẽtes ex fastidio. iiij. modis fiũt: vel ex magnitudine fastidioꝝ: vel ex mutatiõe quã in corpe faciũt: vel ex natura fastidientiũ: vel ex virtutib⁹ singuloꝝ mẽbrorũ: ex magnitudine fastidioꝝ multa fient accñtia molestationũ: si parua sunt ecõtrario. Diuersant in mutatiõe. Si cibi vnde fastidiũ fit in flegma mutent: oxiremiã faciũt siue gignunt: si in colerã: fumosa eructuatio efficitur. ¶ Ex naturis fastidientiũ: q2 qui non bñ sensibilẽ habent stomacum: non puncturã neq3 dolorẽ sentiũt: neq3 multam solutionẽ: vel cordis tremorẽ: neq3 capitis dolorez. si stomacus sit sensibilissimus omnia predicta sentit ⁊ patitur ex membrorum corporis virtutibus: q2 debiliora membra de fastidio sentiũt dolorem. verbi. g. si caput est debile sentit dolorem. grauitatẽ. vigilias. alienationẽ mentis. Idẽ patiũtur singula membra debilia. si totũ corpus debile sit magnam febriũ ⁊ rigoris passionẽ habebit. ¶ Unde oportet fastidiosos: ⁊ qui sanitatem custodire volũt vt caueant fastidiuz: ⁊ cum sentiũt festinẽt ad vomituz anteq̃ corrũpatur ⁊ mutet cibus. Si vomere nequeũt studeamus facere solutionnem

ventris in cibo mutato & corrupto optima est aqua calida: & vt omnes cibos corruptos euomāt. Quod si nec cū aqua calida euomuerint detur potio vomica. Certificati stomacum corruptis esse cibarijs mūdatū: demus citoniatur. dyamillon. Epithima superponatur stomaco cum oleo nardino: vel masticeleo. Si vomit⁹ nō possit dari: fiat clistere. et similiter de potu sicut & de cibo iudicamus.

¶ De abominatione. Cap̄. x.



Cum homo anteq̄ cibum accipiat abominationem patiat̄: mali chimi in stomaco esse intelligūtur: qui si sint in spaciositatē stomaci facile cū vomitu possunt expelli. Si conclusi in suis pelliculis: abominatio fit inde: neq̄ vomitum facit: q̄z hūores illi inclusi sunt & inuiscati ori stōi. si sint calidi generāt sitim & fumose faciunt ructuari. si sint frigidi appetit⁹ nimi⁹ fit sine siti. ¶ Medicina hoꝝ in stomaco inclusoꝝ triplex est: vna coctio humorū. secūda tēperamētum eorū. tertia purgatio eoꝝ. Coctio est flegmaticorū ꝓprie et crudorū quā adiuuat taciturnitas somn⁹: q̄es: abstinētia. & dari rē subtiliatiuā cōuenit & dissolutiuā: humores colerici: vel flegmatici: vel melācolici: quos natura nō potest immutare in sanguinē. si subtiles sint neq̄ multū in stomaco viscosi solo vomitu possunt emitti. cū ptisano. mellicrate. aliquādo cū aqua ca. si sint grossi & substātie stomaci nimiū inuiscati: abominationē faciūt nimiā: vnde oportet eos rem incidentē & subtiliātem dari: sicut radic̄. & oximel & similia postq̄ a pelliculis stomaci hūores extrahētur cū yerapigra purgabūtur que tertiā partē habeat. & duas aloes. pillule auree valent. ¶ Si stomacus de malis humoribus sit plenus purgabitur. deinde suam complexionem reficiamus & confortemus cum mastice. menta corticibus fistici. gallia. gariof. spica. cardamomo. & similibus aromaticis & cōfortatiuis: demus similiter trociscos confortātes. sicut trociscos rosa. camphoratos: de spodio. de sandalis. cum syrup̄. similiter confortatiuis: sicut ro. syrupo melle ro. syrupo de malis siue citonijs. de maligra. cum menta facto: ex omnibus que in vomitu dicentur abomminatio iuuatur.

De vomitu. Cap̄. xi.



Onum est corpori si vomitus non necessarius sibi sit:et si necesse habeat vt ẜm crisim fiat. ¶ Est autē vomitus cuz os stomaci moueatur in expellēdis eū grauātibus vel pungentibus cibis:siue humoribus:aliqñ fit vomitus ex stomaci defectionibus:cū retinere cibos vel humores nō valeat:qꝫ natura sursum eleuat cū pars stomaci inferior ore sit fortior:vel inferius natura deprimat cuz os stomaci sit fortius pte inferiori. In vomitu sine multoꝝ vel maloꝝ ciboꝝ acceptionibus malos humores esse pungitiuos intelligimus in ore stomaci. Quoꝝ significationes perpēdūtur in his que euomuntur.si ex co.sicut cū calore inueniꝫ in illius cibi digestione:si ex flegmate ꝛ frigiditate inueniaꝫ cibus non coctus ꝛ crudus. G.colera inquit facit abominationē et appetitiue virtutꝭ defectionē:sicut in flegmate salso abominationē faciente ꝛ sitis defectionē. ¶ Si sanguinem euomat rupturā alicuius vene in ysofago vꝉ in stomaco significat vel incisionē:vel sui putrefactionē. Qꝫ vel ex causa primitiua fit vel antecedēte:si sanguis sine dolore et vomitu exeat apertam venam in meri vel in stomaco sigt. Qꝫ si exit cū dolore ꝛ colore rubeo vꝉ claro:ostēdit in meri incisionē vene vel in stomacho.qui preterito iam dolore egreditur ꝛ difficilis est in exitu:et color suus niger est:vulnera significat venā corrodentia ꝛ putrefaciētia:aliqñ sanguis euomitur:qui ab aliis mēbris ad stomachū confluit: ꝛ est malū signū:hic autē exit mixtus cū quibusdā humoribus stomaci. ¶ Si medicari velimus vomitū an ex causa sit os stomaci grauāte et pungente ꝑquiramus:vñ non opꝫ vomitū constringi:neqꝫ prohiberi ipsuz:nisi postꝗ̄ stōacus de malis humorib⁹ mūdificatur:qui cū vomitu egrediunꝫ sed si timeam⁹ vt vomit⁹ augmenteꝫ ꝛ deficiat ifirm⁹:opꝫ vt digestionē inꝗramus:ꝗ̄ si sit mollis dem⁹ sapā citonioꝝ syrupū myrtinū:syrupū maloꝝ grañ.syrupū pomoꝝ:piroꝝ cū spodio.vel trociscos ꝺ balaustia:denꝫ etiā galla.spodiū cū syrupo stiptico:mespiꝉ. dem⁹ ius miliȷ.ordei. cū amigꝺ. oīa autem assentur:ponanꝫ in aqua quā bibant.spodiū cortices fistici.ponatur super stomacū cathaplasma stipticuz et odoriferū:si sint stiptici.demus cassiāfi.pruna. syrup. de

prunis. Clystere faciamus lene ⁊ suaue. ¶ Si de colera rubea sit vomitus et virtus custodiatur: cũ oxifeni. et absinthio et viol. et sirupus purgemus. si virtus. etas. ꝯsuetudo. tẽpus nos adiuuent: flobothomem⁹ basilicã de dextra manu. ¶ Si de flegmate yerãpig. demus et apozima calamẽti. tyriace. ʒ. i. cũ succo mente. demus mentẽ. lignum aloes mastic. galliam. ¶ Si vomit⁹ de colera nigra fuerit: flobothomemus basilicã. si virtus. etas. ꝯsuetudo tẽpus nos adiuuent: si nõ possumus: vẽtosas in ambo latera ponamus: clystere faciamus de camomill. cc. se. succo aneti. furfure. melle. obsomogaro. sisameleo. et siribus: demus oximel. ¶ Si vomitus sit ex sanguine flobothomemus basilicam: si nõ aliquod ꝯtrium impediat. si aliqd impedierit: vẽtosas in vtroqꝫ ponamus crure. medicinã illã ponam⁹. vel faciamus quã in sanguinis screatu dixim⁹. qui de pectore egreditur. G. cui inquit in stomaco cibus nõ remanet: sed semp vomit: accipiat sumac. ciminũ. que insimul pistata cũ aqua ro. bibat: multũ eñ iuuat. ¶ Si vomitus ex defectione stomaci sit: neqꝫ cibum cõuenientẽ retinere possit accipiat omne stipticum ⁊ odoriferꝫ medicamẽ seu cibum. Juuat mẽta pistata cũ oleo ros. tẽperata: vñ inungatur et os ⁊ nares.

¶ De inflatione stomaci. Capit. xij.



Inflatio stomaci est aer non coctus frigidus et grossus nascens ꝓprie in stomaco de inordinata dieta. Aliqñ in capite fit ventositas: qꝛ vẽti motio naturaliter petit superiora: nascitur et tunc in toto corpe: maxime in ydropicis. ¶ Est autẽ inflatio vel de humoribus crudis: vel melicis: sed differunt adinuicem: qꝛ de crudis humoribus mollis et humida: de melancolicis sicca ⁊ dura. ¶ Hec inflatio cuꝫ veniat opꝫ vt sibi succurratur cũ medicina vẽtositatis ventris dissolutiua: sicut cũ cimino in oleo cocto inunge os stomaci. similiter maratrũ apium dauc. petrosil. anisum valent: si stomacus fuerit infrigidatus cũ oleo vbi coctũ est ciminũ: qđ facimus de. se. rute. et baccis lauri. vngimus: vl damnileo. masticeleo. oleo nardino. oleo nigelle. cicuta pistata cum melle tẽperata detur ad bibendũ in modũ ciceris cũ succo apij. castorei. ʒ. ß. similiter valet: dem⁹ etiã carui cũ aq̃ cal.

vel cum vino cocto: demus antidotũ. dyaciminũ. dyasperma-ton dyanisum. socurgene. dyalaca. Itẽ polij montani. cala menti. anã. ʒ. v. fac coquere in. iij. lib. aque: vel cũ vino. ⁊ ad vnã redige cola et da bibere tertiã partẽ lib. cum oleo nar dino. succus maratri cũ cassiafi. simil'r valet succus mente et sisimbrium. calament. camedreos simplex seu ꝯpositus coctus et colatus cũ amigdaleo valz inflationi ypocũdrice et ventositati melancolice: vẽtosam in medio ventris po-namus: circũdemus vmbilicũ sine scarificatione multis vi detur iuuare. Iuuat iterũ somnus et balneũ. ¶ Epithima valens ad inflationẽ stomaci: ypocũdrie et vẽtositati frigi-de. ℞. anisi. maratri. cimini. anã. ʒ. vi. aristol'. lon. squinãti. carpobal'. anã. ʒ. iiij. calamẽ. ameos: spice: polij. ana. ʒ. ij. cc. mastic. gariof. anã. ʒ. i. oĩa pistentur: et in. iiij. lib. succi ma-ratri ponantur et ad. i. lib. coquant. deinde accipe amigd. lib. i. omnia coque quousq; ad oleũ redigantur. da bibere ʒ. iij. in succis herbarum supradictarum.

¶ De obuolutione intestinorum. Cap. xiij.



Orturam sepe patitur intestinũ: vl' ex grossis chimis inuiscatis: vel colericis quandã faciẽ-tibus egriditudinẽ: sicut patiuntur qui sepe porris vtunt et similibus: ex grossis chimis esse intelligimus ex magno dolore in intesti-nis sentiẽte: vel ibi ꝑmanẽte cũ grauitate: si ex hũorib9 co lericis sit dolor nimius sentit cũ calore ⁊ siti. si ex vẽtosita te grossa mutat dolor de loco ad locũ. gurgulatio est in in-feriorib9 ventris: aliqñ tortura cũ digestione est: aliqñ nõ. ¶ Si ex grossis sit chimis: qd ex sigtionibus intelligit di-ctis: dãdũ est carpobal'. et nemicha. ana. exagi. i. pistent et demus. ʒ. ij. cũ aqua cal'. sil'r socrugene. ℈. ij. cuz apozimate dauci ⁊ centauree. anã. exag. i. cũ sapa. sil'r valet. ¶ Si ex co lera sit rubea: det psilium lotũ cũ se. portul'. oleo ro. aq̃ fri-gida. se. citruli et malue cũ syrupo al'. et oleo ro. est aq̃ frigi da. ¶ Si ex vẽtositate sit grossa dem9 se. nasturtij assatũ. si solubilis sit nõ assatũ. si stiptic9: sil'r apij se. anisi. cũ aq̃ ca. ¶ Medicina valens inflatiue vẽtositati intestinoꝝ et emo royd. ℞. anisi. acori carui eq̃le põdus: fac puluerẽ. frica cũ oleo amigdaleo. dans exagi. i. ieiuno. ¶ Trocisci valentes

colerice passioni.torture.ꝛ īflationi. vomitui angustie siti. ℞.apij.anisi.añ.ʒ.iiij.absinthij.ʒ.vi. myrthe.ʒ.iij. fac pul. tempera cum aqua faciens trociscos da bibere cum vino. ¶ Apozima valēs molliciei stomaci.et ventositati:torture dolori.℞.frondiū lauri.ʒ.i.piperis lō.ʒ.i.carpobal'.carui. añ.ʒ.i.reubar.ʒ.ß.fac coqui in aq̄ et da bibere. ¶ Aliud similiter valēs molliciei stomaci vētositati.dolori laterum torture:frigiditati renū.℞.carpobal.carui.añ.exagi.i.ʒʒ. galange.ciperi.añ.ʒ.i.oīa pistentur. et coquant̄ in.i. libr. aque.colentur.et cū trociscis bibere dent̄ de absinthio vl' aniso.vel lac̄.¶ Si tortura sit cū passiōe col'ica medicabit̄: sicut in passiōe colerica dicet̄:ꝛ si cū pōdere:ꝛ solutio medicabit̄ sicut in dissinteria dicetur. ¶ De lięteria. Cap.xiiij.



Postemata in renibus fiunt ex humoribus ad ipsos descēdentibꝰ: vnde dolor in anchis sentitur et rigor cū febribus. Jaceat ergo infirmus super sinistrū latus si doleat in dextro et ecōuerso. Si quis suspēsos ⁊ graues sentit renes ex apostemate est.si nimiū grauatur sanies ibi colligitur:⁊ cito aperit:sanies ⁊ sanguis cū vrina egrediūtur. ¶ Si apostema sit ex colericis humoribꝰ nimia sitis et dolores maximi sequunt:vrina rubea:febris acuta.si ex frigidis humoribꝰ paruus dolor est in renibus:⁊ febris leuis et vrina alba.¶ Unde visus causis ⁊ significationibus in renibꝰ apostematū ad medicandū festinemus : qr renes duri sunt ad sanandū:neq; virtus medicine nisi defecta ad ipos venit propter lōgā viam.videamus q̄ si apostema sit ex calore:et tunc demus psilium cū oleo ro.⁊ iuiub.⁊ succ. sem. cucumeris mannā.demus etiā succū solatri.endiuie maratri coctum ⁊ colatū cū cassiafi.⁊ amigdaleo. si ventrē constrictū habuerint iuuat facere clystere cū vio.ordeo malua oleo ro.⁊ similibꝰ. Nutriamus cū dieta humida ⁊ que cito digeri habeat:sicut ptisana.a coytu abstineāt : ab equitatione ⁊ labore.a calidis cibis:sicut mel ⁊ silibus. si venter infirmi solutus sit plusq̄ opȝ : demus psilium.se. papauer ʒ.i.⁊.ß.cum syrupo ro.vel de myrtha. Demꝰ hos trociscos qui valent in statu apostematū. ℞.dragagā. papaueris cucumeris citrul.melonis cucurbi.portul.se.ana.ʒ.iij.amidi malue.se.boli.añ.ʒ.⁊.ß.cc.ʒ.i.tēpera cū succo maratri. fac troci.ʒ.i.da bibere cū aqua rosa. Cathaplasmata mollitiua pone exterius sup apostemata. ¶ Qd si de humoribus frigidis fuerint:demꝰ amigdaleō cū apozimate fenugr.vl de ficubꝰ sicis cū medicina digestibili ⁊ dissolubili.Catha

plasma exterius de fenugr.frondib⁹ caul.ꝛ similib⁹.¶ Si aptū sit apostema ꝛ sanies inde fluxerit. opꝫ festinare in solidatione vulneris.dem⁹ ergo trocis.iam supradictos solidatiuos vulneris cū lacte asinino. Calefaciamus de foris cū spongia vl' cathaplasmate de ordeo ꝛ ficub⁹ cū sapa:qꝛ ista sp maturāt apāta et saniem eijciunt.si vulnus sit pessimū clysterizet cū ordeo lacte oleo rosa. Sedeat infirm⁹ in aqua vbi cocta sint malua et ordeū: quia ista medicina saniem subtiliat ꝛ currere facit:si sanies nimiū sit grossa demus succū absinthij:maratri bene coctū ꝛ colatum post detur lac asininum ꝛ iumenti:qꝛ habent in se vt mundificēt. Sanie lota et vulnere mūdificato permanēte arsura in vrina.demus lac vaccinū quia ml'tū ad hoc valet:siue vulnus sit interius siue exteri⁹.Nutriatur cū amido:gūmi arabi. vel cum rizi iure:si saniem ablatam videris ꝛ vulnus mundificatum quod intelliges ex febrium mitigationibus et ablationibus: vrine albedine: et eius leuitate ꝛ sui pudoris ablatione:opꝫ infirmū nutrire cū cibis facile digestibilibus:sicut lacte:ꝛ iure facto de lacte ꝛ farina ꝛ amido:atqꝫ iuribus grossarū gallinarum cum herbis maluis acida portul.blita cucurb.cucum.citrul. melle lactuc. omnibus coctis.hic cibaria ardorem vrine mitigāt plagas solidāt. Cum febris tota ablata fuerit:nutriatur cū carne arietis: edullorum pullorum piscibus fluuialibus et petrosis. abstineant a labore et assuetam quietem faciant.

¶ De vulneribus renum. Capi.xliij.



Aliquando humores calidi et acuti descēdunt ad renes et inuiscantur in eis facientes vulnera ex acuminibus suis. Idem faciūt humores ad vesicam descēdētes:medicina eoꝝ est equalis et dieta similis:sed tū discernēda sunt vulnera in renibus vel vesica nascētia:qꝛ in renibus dolor sentitur in femoribus vrina cū sanie grossa est cōmixta: aliqū cum ea exeunt minima frustula carnis et facile vrina exit. In vulneribus de vesica sentit dolor in pectine et peritoneon:et angustia in vrina.post horam vrina residet in vase vrinario:et in vrina quasi squāme et cortices sunt: et vrina est mali odoris. Sic intelligitur de vulnerib⁹ in vijs vrine

inter vesicam et penem: sicut de vulneribus illis que in renib⁹ et vesica. ¶ Oportet festināter medicemur vulnera in renibus. Quod si inueterauerint nō amplius poterūt curari. Renes enī sunt tenere substātie in quib⁹ si sanies inuiscat medicina non recipitur: quā medicinā incipere debem⁹ de spongia aqua calida et oleo infuso: post fiat cathaplasma. ℞. rosas lentes myrthā pul. molendini oleū ros. et similia. Demus se. cucumeris bolū cū lacte asinino vniuersal'r omne lac hāc passionē iuuat. demus se. melonis cucumeris citruli cucurb. citonij malue. Quodcūqз horuз inueneris dabis coctum cū iuiub. in ptisano vel in lacte asinino. Detur et hic ɔposita medicina. ℞. se. lini dragagā. añ. ʒ. iij. amid. ʒ. vi. boli gūmi arabi. añ. ʒ. i. et ß. fac trociscos. Alij trocisci de papauere valēt ad caloris incensionē et vulnera in renibus vel vesica. ℞. se. papaueris lini cucumeris dragag. medulle tritici pōdus equale: fac trociscos. Alij valent ad vulnera renū vel vesice. ℞. se. citruli cucumeris cucurb. melonis portul. amidi boli. añ. ʒ. ij. lactuc. se. papaueris iusquiami psilij. añ. ʒ. i. et ß. dragagā. gūmi arab. spodij myrthe se. citonij malue. añ. ʒ. ij. lactuc. se. papaueris iusquiami psilij. ana. ʒ. i. et ß. Nutriantur cū amido amigdaleo ptisano tritici: et similibus. ¶ Si in vesica sunt vulnera aquā mittamus et lac et mel et se. citruli cū albumine oui et visco. sem. citonij: psilium iuuat: simil'r si in ergaliam cuз oleo viol. et cum lacte mulieris vel asini vel albumine oui epithima faciamus cum cera alba. et oleo ro. vel viol. dragagan. sem. malue et assungia vulturis. ¶ Aliud. ℞. cere albe: picis butyri: assungie anseris siche. pondus equale.

¶ De mictu sanguinis Capi. xv.



Sanguinis egressio cuз vrina quattuor modis fit: vel de apertione vene epatis rupte: vel de apertione epatis solū: vel de incisione venarū in renibus: vel de incisione venaꝝ inter renes et vesicā. ¶ Si sanguis sine dolore exit intelliges ꝙ de epate fit. si rubeus fuerit et cito exierit et sine cā ꝓcedente intendas ꝙ de renibus vene vesice sunt rupte: vl' ex forti saltu vel casu vel ꝑcussiōe: vl' ex sanguis multitudi

ne et suo acumine cuz exit purus et rubeus: sicut diximus: sed venarum ora cũ aperiantur non exit subito: maxime si parua sit earũ apertio paruus ꝛ subtilis exit: ꝛ vrina apparet quasi cũ sanguine mixta. Aliqñ sanguis egredit lapidem in renibus habentibus: cũ enim lapis transeat per vias inter renes et vesicam excoriat eas: vnde sanguis emanat maxie si lapis sit asper: aliqñ de venis grossis exit vesice: sed tamen antecedit signũ vulneris in vesica. dolet eñ vesica et sanguis quiescit. Aliquando exeunt frustra de vesice substantia. ¶ Que cũ medicari volueris videndũ est si ex epate sit. incidenduz est de basilica in manu dextra: demus subtilẽ dietã: precipiamus eũ a labore cauere ꝛ coytu medicina danda est in sanguinis fluxu ab epate iam dicta si sit de venis in renibus incisis: vel de vijs inter renes ꝛ vesicam: vel de aptione vene: similiter de basilica vena est minuendus: adiuuantibus tẽpore consuetudine ꝛc. precipiẽda est quies. prohibenda sunt exercitia motus ꝛ coytus. Regatur cibarijs et dieta quas dixim⁹ in sanguinis fluxu ab epate: dãdi sunt isti trosci q̃ valẽt ad sanguis micturã ꝛ saniei. ℞. circuli se. melonis cucumerꝭ portulꝭ. spodij succi liquir. añ. ʒ. vi. se. lactuce et malue gummi arab. ro. amidi dragagan. se. papaueris. ana. ʒ. iij. siche. alꝭ. michee vel endiuie semi. citonioꝝ ꝛ acide. añ. ʒ. ij. boli acatie. añ. ʒ. i. ꝛ. ß. cc. ℈. ij. pulueriza tẽpera cũ succo arnog. da bibere. ¶ Alij valent similiter. ℞. medulle tritici balaust. ana. ʒ. ij. aluminis. ʒ. ij. dragagan. se. cucumeris. añ. ʒ. x. fac pul. tẽpera cũ aqua ro. ¶ Antidotũ valens ad sanguinis micturam et ad vulnera in renibus vel vesica. ℞. semĩ. cucu. portulꝭ. cucurb. añ. ʒ. x. papaue. ʒ. xv. dragagan. boli gũmi se. malue. añ. ʒ. x. apij. cc. ana. ʒ. iij. pulueriza. et cum syrupo violꝭ. tempera dans in modũ nucis. ¶ Trocisci. G. liquefaciunt sauguinẽ coagulatũ de incisione venarũ epatis et renum qui fluit in vesice spacium et vrine prohibet exitum: et ad sanguinem intra stomachum coagulatum qui descendit de fluxu sanguinis narium. ℞. absinthij rad. maratri. semi. apij dauci michee sparagi melonis semĩ. frondium ranni põdus equale: fac trociscos dans bibere cum lacte asini et apozimate de radicibus vel cicere.

¶ De lapide in renibus ⁊ in vesica. Cap. xvi.


Eneratur lapis in renibus vel vesica duobus modis vt si coquant humores grossi et viscosi ex calore igneo in renibus in calorē extra naturā exeuntibꝰ vel si in renibꝰ nascant vulnera vn̄ sanies efficiat: neq̧ purget sꝫ remanēs ī renibꝰ coagulatur. lapisq̧ efficiat. ¶ Plurimū iuuenibꝰ lapides nascūtur in renibus: pueris in vesica: cuius collū in eis strictū est: prohibēs materiā exire: vn̄ lapis concreat: et itē vesica eoꝝ calidior est. Maior cā lapidū in pueris est grossities vrine naturaliter grosse ⁊ ex grossitie viscose: qꝛ calor eoꝝ naturalis bene digerit et exquoquit. Res autē viscosa coagulat magis et conglutinat. In mulieribus xͦo raro nascit: qꝛ materia vn̄ lapis cōcreat non adunat multis ex causis in mulieribus: qꝛ colū vesice eaꝝ curtū ēst et foramina sunt larga et non multū tortuosa sunt: et minus bibunt aquā ꝙ pueri: lapis eñ maxie nascit qꝛ aq̄ diuersa ⁊ turbida bibitur: ex qua hūores grossi et viscosi ad concreandū lapidē coadunant. ¶ Quē hic accidētia inseparabilia sequent. s. febris ⁊ angustia vrine: dolor continuus: si in renibus ⁊ in anchis quasi punctura acus intolerabilis sentit: cuius certa sigtio in vrina ipsiꝰ lapidis visio. Si in vesica sit sentitur dolor in pectine: prurigo in virga: ita vt puer eā scalpere cogat et tenere in manibꝰ ꝙ facere dolorē cogit: et semꝑ virga erigit. ¶ Si lapidē medicamur: aut in vesica: aut in renibus sit perquiramꝰ: et an corꝑa acutis habūdent humorimꝰ: qui primū sunt purgādi: et postea infirmo balnea assidue faciēda: oī die bis vel ter: egrediētibꝰ a balneo apozima de aniso vel apio: vel scariola demus: ⁊ de lapide q̄ intra spongiā est. Ruffus etiā dicit lapidē qui intra spongiā inuenit pulverizari debere. et cū vino dari vel cuꝫ aqua qui lapidē frangit. Demus etiā prassium cū vino: vel apozimate de rāno: et calamentū cū caperis radic̄. qͦcūq̧ horū inueniatur cū vino vel aq̄ detur: dētur et oīa diuretica: sicut acoꝝ. spica. calamus aro. apij se. petrosil̄. cassiefis. xilobal̄. carpobal̄. calamentū. cyperū. assarū et silia: composita vel simplicia cū succo feniculi apij. vl̄ apozimate ciceris nigri scorpionis cōbusti. ʒ. i. ⁊. ꝭ. cum vino prodest.

¶ Antidotuꝫ Gal. ad idem valet. ℞. dauci. carpobal. spice assari. petrosil. anisi. ana. cinamomi cassie amomi. cimini. pōdus equale. fac pul. adde mell. quod sufficit: abstineat se a grossis cibarijs: saturitate ꝛ multa comestione: assuefaciat post cenā vomere ꝛ corp⁹ mūdificare: ꝛ cū syrupo de absinthio: oīa cōsuescat diuretica: vinū nō bibat nisi subtile: saporatū ꝛ clarū: tyriacā maiorē raro demus: cōsuescat tēperata exercitia: neqꝫ ea negligat. ¶ Si dolor pmaneat neqꝫ cesset calefaciamus cū aq̄ ca. ꝛ vino vbi coquant camomilla. ruta. pultes faciamus cū farina ꝛ vino coctas: ꝛ ponant super anchas ꝛ dorsuꝫ ꝛ pectinē: clistere faciam⁹ de malua camomilla furfure. fenugre. oleo viol. camomileo ꝛ similibus. Sedeāt in aqua ca. sulphurea. ¶ Si ī vesica sit lapis: sicut et de renibus debet medicari: q̄ si adeo sit magn⁹ vt vrina exire ꝓhibeat festinem⁹ lapidē illū de loco illo semouere: nec sanabitur nisi cyrurgica incisione: et lapidis eiecttōe: sicut Gal. in lib. megategni ait. lapis auferre de via cum enea argalia siue argētea satage que mittat per virgam ad auferendū de loco suo petrā. Si in ore sit vesice oportet infirmū supinū iacere: ꝛ pedes sursum exigere: ꝛ illos huc illucqꝫ mouere: vñ lapis de ore vesice remoueat.

¶ De passione dyabetica. Cap. xviij.

Passionem dybeticā habēt renes ex defectu cōtentiue virtutis: vnde semp sitiūt infirmi: neqꝫ aqua possunt saturari: quā ꝛ quantū bibūt. similiter eam mingūt: sicut videm⁹ in camino appetitu: quicq̄d ei comedit cū ferre nequeat mouet natura ꝛ eijcit foras: silr cum cōtentiua in renibus deficiat non potest retineri: quā hꝫ aquosa humiditas: necesse est ergo ad vesicā effluat. Renes eñ cum humiditate exinaniūtur ꝛ mouent: et aquosa humiditas de venis sibi attrahitur: sanguis in venis desiccat: humiditas ab epate cū appetitiua trahit virtute: ꝛ epar silr sugit a stomacho: sicqꝫ pars a parte sibi sumit donec perueniat ad os stomachi vbi inde generat sitis: cum aquā biberit vene exeūtes epar a stomacho sibi eam appetunt: ꝛ sic vicina a vicinis quousqꝫ peruenerit ad renes: qui ex calore sui cito trahūt sibi ꝛ ex defectione sue cōtentiue expellūt eam ad vesicā:

et inde exit cū vrina: vnde fit vt aqua nequeat satiari: neq3 cesset sitis. ¶ Sed si ad medicandū hanc passionē nō festi- netur: infirmus nimiū maceratur et corpore consumitur: et venter constipatur: cito periclitatur: op3 ergo dare rem frigidā et stipticā renes confortantē et calorē extinguentē: sicut ptisanum cū sapa myrtina: vel sapa citoniorum: et cū psilio loto in aqua frigida: et oleo ros. cū oxifenitia: demus trocis. refrigeratiuos de sandal. de spodio. de cāphora. de ro. cū syrupo frigido et stiptico. Nutriam9 cū frigida dieta: sicut portula. ordeo. mespil. carne edulina piris. Studeam9 vt sudet: ponamus cathaplasma super renes de solatro: fronde vitis: oleo ro. et similibus: vel laminā plumbeā minutissime perforatam superponamus.

¶ De distillatione vrine: siue guttatim emissiōe. Cap. xix.



Passio vesice in expellēda vrina anteq̄ multa coaduneur quātitas appellatur guttata vrina: qd duob9 fit modis: vel qr vesica qualitatē vrine non potuit pati: que acuta et pungitiua: vel qr defecta sit vt grauetur anteq̄ vrina coadunetur sed q̄ ex acumine qualitatis cōtingit vrine: subsequitur ardor nimius: pūctura vesice qd duob9 modis fit: vel de passione renū. vel sm crisim in quā natura expellit materiam morbi: vnde morbus fuerat et transit per renes et vesicam. ¶ Quē morbū medicari perquiram9 si ex acumine sit qualitatis: et demus frigida: sicut psiliū cū oleo ros. et aqua frigida: vel dragag. et se. cucumeris. añ. ℥. i. cū oleo ro. et aqua frigida: vel spod. ℥. i. et ß. cū aqua frigida. et syrupo ros. In virgā mittamus oleū ro. cū lacte mulieris: similiter energaliā cū oleo ro. et albugine oui. Confectio valet ad calorē vesice et ardorē vrine atq3 guttationē. ℞. dragagā. portul. se. cucumeris. meloñ. lactuce: cucurb. añ. ℥. iij. fac pul. cum oleo ro. fricans. dās. ℥. ij. vel. iij. cū syrupo ro. Nutriam9 cū cucurb. portul. lactuc. ptisano. et similib9. ¶ Si vrine guttatio ex defectione sit vesice: vel ex cōplexionis humiditate: demus tyriacā maiorez athanasiā. dyaroma. et similia. epithima supponam9 pectini. ℞. oleū nardinū: castoreoleō et sitia. Misceamus cū prādijs suis aromaticas spēs: vinū bibant forte et odoriferū. ¶ Antidotū valēs ad lubricā vri-

nam. ℞. gallie. gariofi. cubebe. assari. masti. thuris galange. añ. ʒ. ij. cinamomi. cassie. ciperi. ro. cardamomi maioris ⁊ minoris: piperis lõ. ʒʒ. spice. cordumeni. pigre. põdus equale. tẽpera cum succo citonior: ⁊ da. ʒ. ij. vel. iij. ¶ Aliud similiter. ℞. mirabol. indo. ʒ. xx. bell'ic. papaueris al. emblici. ana. ʒ. x. cipi. sauine. ros. succi hypoqstidos. opij. thuris masculi. bdellij. añ. ʒ. v. fac pul. accipe ferruz iudaicũ ⁊ calefac. qd in aqua extiguas in qua fac coquere xilocaracta vsq ad consumptionem: deinde cola coquẽs vsq ad mell. spissitudinẽ: ⁊ cũ ipso tẽpera spẽs dans. ʒ. v. cum aqua vbi infusuz fuerit illud ferrũ. ¶ Aliud. ℞. interioris cortic. vecoris galline. thuris. ciperi. balaust. glãdul. añ. ʒ. v. nuc. ʒ. iij. pulueriza. et cum oleo ros. frica ⁊ da bibere.

¶ De cõmingentibus in lecto. Cap. xx.

Quidam ignorãter lectos cõmingunt non sentientes: qd pueri plurimũ patiũtur ꝓpter grauitatẽ somni ⁊ multitudinẽ humiditatis: aliquando in maiori etate cõtingit cum cõplexio sit humida: maxime senioribus: qr vesice eorũ molles sunt ꝓpter humiditatẽ corporũ. ¶ Qd cũ me dicemur: tyriacã maiorẽ demus cũ mẽta ⁊ myrtha in odorifero vino: silr rupta agrestis i vino cocta ⁊ bibita iuuat. Glandes. myrtha. thus equali põdere in vino coquant: et vinũ cum oleo myrtino detur. vesica apri vel tauri incensa detur bibere cum aceto ⁊ aqua cũ ad dormiendũ venerit. de terra chimolea accipiat: quã cum felle taurino tẽperet: ⁊ virgã inũgat. assuefaciat electuaria calida ⁊ odorifera.

¶ De exitu vrine. Cap. xxi.

Urina aliquando impedit exire de vesica vel renib⁹: sed i iuuenib⁹ plurimũ de renib⁹ ꝓpter calorẽ cõplexionis sue: pueris ꝟo de vesica ex inordiata dieta. Qd si sit de vesica vl ex toto aufert vel minorat vrina: totã auferri ex mortificatõe est expulsiue ꝟtutis i vesica intelligit: qr neq do lor: neq morb⁹ alius in vesica sentit: vel ex cõstrictiõe vie vrine vñ exit: vel ex vtroq sicut patiunt cõstringẽtes vrinã aliqñ diu de cã aliqua ⁊ postea mingere nõ pñt. Strictio vie vñ vrina exit de vesica ex opilatõe est lapidis. sangui-

nisue coagulati: vel grossi hũioris: vel sanici: vel cuiuslibet in renibus nascentis: sicut veruce: vel carnis superflue. vel propter cõstrictionẽ invesica ex apostemate. Quod si in collo sit vesice grauatur ⁊ dolet infirmus in illo loco habet febrem incendentẽ: vigilias nimias: vrine stranguriã: duritiem super vesicã cum maiori dolore ⁊ pulsatione. hic cito mortificat nisi succurrerint medici. ¶ Si ex via sit opilata nihil horũ est que sunt dicta intelligit ex preterito dolore in regnib⁹ vel vesica. verbi gra. si sanguinez vel saniẽ infirmus minxerit vel scabiem in vesica habuerit: ⁊ postea vrina stricta fuerit intelligimus sanguinẽ vel saniẽ coagulatũ opilasse loca illa ablationis vrine minorate eadem causa qua ⁊ totius. Sed tamen hic minorat: illa ex toto aufertur: de qua vidẽdum est vnde nascat. ¶ Si ex defectiõe expulsiue virtutis in vesica infundatur in aqua ca. ⁊ recte sedeat vt collum vesice in inferiora tendat: precipiat sibi vt super pectinez manu fricet: postea dentur sibi calida ⁊ odorifera: sicut spica. cassia. cinamomuz: acorus. macis ⁊ similia. De cõpositis tyriaca maior. athanasia. dyalacca ⁊ similia. balneũ assuefaciat vbi sudet: pectinem vngat ⁊ dorsum cuz oleo nardino: cameleo. musceleo calefiat de spica: squinanto. camomill. ancto. ⁊ similib⁹. ¶ Si stranguria ex sanguine coagulato sit. vel sanie. vel pustul. medicãda sunt renum vulnera: sicut dictũ est: sedeat in aqua ca. dissolutiuis oleis se vngat. Clisterizetur in virga cum lacte mulieris ⁊ oleo viol. Si ex apostemate sit i initio basilica minuatur: succus solatri. endiuie. ⁊ cassie dec. calefiat cum aq̃ calt. vbi cocta sint camomilla. malua. viol. ⁊ silia. cathaplasma fiat de solatro. oleo ro. farina ordei. Intelligit loc⁹ ex apostematis dolore grauitate iflui quã ex tactu sentit. Si passio in fortitudĩe sit opz venã calcaneo vicinã flobotomari: calefaciam⁹ cũ spõgia aq̃ infusa: vbi cocta sint camomilla. anetũ ⁊ silia: clistere faciam⁹ in virga cũ lacte mulieris: aq̃ ordei: assungia anat: oleo ro. epithia faciam⁹ de cera. ysopo. oleo nardino. aut de malua: ⁊ oleo ro. ⁊ assungia anseris et galline: sedeat in aq̃ calida vbi mingat tpate: vesicã cõprimat. apostema cum crepuerit detur ad bibenđ. dragag. se. meloñ. cucumeris medicemur sicut vulnera renũ ⁊ aposte=

mata: nec negligat aquam calidam vel epithima. Si ex lapide sit prout diximus debet medicari.

¶ De paucitate coytus. Cap.i.



Eus ad aialiũ gñia extñda creauit mẽbra: vnde essent ꝑcreanda: qb⁹ ꝓprie virtutẽ indidit naturalẽ ex qua multũ delectari possent: ⁊ opari in ipsis mẽbris. Aialib⁹ etiã amabile fecit cũ maxia cõcupiscẽtia ⁊ desiderijs ⁊ in coytu admirabilẽ dedit delectationẽ ⁊ inseparabilẽ vt gen⁹ eorũ repararet: ne forte abomiatione coytus ab animalibus gñatio amitteretur. Quod cuꝫ fiat necesse est duo coyre animalia: masculos.s.⁊ femias: quibus deus huiusmodi aptauit mẽbra: vt alterũ sperma emitteret: alterũ reciperet: taliter eñi formata sunt vt ad opus suum: neqꝫ meliora possent esse: neqꝫ ꝑfectiora. hec aliqñ diuersa patiũtur vt eoꝝ actiones imutent: vnde in hac particula passiones eorũ cause ⁊ signatiões sunt dicende. ¶ Incipiam⁹ ergo de coytu defecto: cuius virtus posita fuit in veretro naturalis ⁊ ꝓpria actio quã ⁊ alia hñt mẽbra corpis ẜm naturam sui. Cũ ergo hõ coyre cogitet: vel ymaginet: subito venit ad ventrẽ vẽtus ꝓpulsus q̃ sibi a corde iungit ⁊ ꝑ quendã neruũ intrat cõcauũ qui inflat ⁊ erigit vt actionẽ suã explere possit: q̈ erigere sibi venit a corde. cor eñi mãdat toti corpori ventũ spũalem veretrũ recipit sperma a cerebro: desideriũ ab epate. ¶ Inueniũtur etiã hoies multũ ventũ habentes: vñ fit vt sepe erigãtur: neqꝫ tamen sperma emittat. Inueniunt ⁊ multã hũiditatẽ hñtes: siue inflatiuã ventositatem: a qnib⁹ sperma effluit sine volũtate ⁊ erectiõe. Reperiunt etiã nimiã hñtes cõcupiscentiã qui nec eriguntur: nec sperma ab eis emittitur. ¶ Quomodo autem a cerebro progrediũtur virtus sensibilis ⁊ motus volũtarius per neruos: ⁊ a corde virtus pulsatiua ⁊ vitalis per arterias. Similiter de testiculis ad totuꝫ corpus exit virtus que in masculis ẽ causa masculinitatis: ⁊ in femis feminatiõis mouẽs ab ipsis nimiũ caloreꝫ toti corpori: ⁊ propter hoc castrati non habent barbam: neqꝫ in multis locis pilos ⁊ vene eorum sunt sicut vene femine: neqꝫ concupiscẽtiam habent ad coy

tum: quia testiculi nimium calorem & virtutem prestant cor pori: & sunt cause generationis permanentis: quos Gal. de principalibus dixit esse membris: q2 sperma ibi adunatur: & mutatur: & inde ad virgam emittitur: virtus vero coytus non est tēperata: nisi cū cōplexio eorū sit calida & hu. fm tē peramēta: q2 cū calore augmētatur cōcupiscētia: & cū humi ditate sperma. Si cōplexio testiculorum mutetur maxime virtus coytus non fit perfecta. si calor & siccitas eius domi nentur: paruum sperma & magnam concupiscentiā habent si frigiditas & siccitas preualuerint fiet paruū sperma & de fecta cōcupiscētia: si dn̄ent frigiditas & hūiditas multū ha bēt sperma: sz parua est concupiscētia. Arist. dixit q si mul tos habent pilos viri in corpore: vel multas pennas volu cres: quecunqz sint animalia huiusmodi multum habent coytū: q2 multitudo pilorū est ex nimio calore: & multa hūi ditate: ex quibus duobus necesse est vt exercitetur coytus. ¶ Tertiū est q sua actio impleatur: scz inflatiuus ventus: vnde antiqui medici dixerūt: vbicūqz hec tria adunant: si ue in cibo: siue potu: siue in medicina sperma generāt: coy tum augmētant. s. calor: hūiditas: & vētositas: q2 si non om nia: sed tantū duo adunētur melius est q̄ si vnū solū habea tur. Qui vero horū virtutes agnouerit bene ex duab9 siue tribus rebus cōponere poterit quibus sperma augmētetur & coytus confortetur. sicut est cicer in quo hec tria adunan tur: q2 calidū est & humidū & vētositatis gn̄atiuum: & multi nutrimenti: cui non necesse est aliud ad hoc opus cōmisce ri: similiter frumentū coctū maxime cū medulla ossiuz & si militer rape. fabe ventositatē faciunt multū nutriūt. Sed tamē frigiditati pertinet eorū nutrimentū. Qui perfectus vult esse hoc officio mittat cū ipsis calida frigiditatē eoruz temperātia: causa que sperma generat est cibus: sicut recēs caro. cerebella. ouorū vitella. ficus: pinee & talia. ¶ Medi cina sperma generās est satirion: stincus. zz. galanga. ben. album & ruffuz. costū. cc. nasturtium: vrtice semen. anisum: lini semen. Est etiam quoddam & cibus & medicina ad hec valens: sicut rapa. sparagi. eruca. semen. pastinaca baucia & talia: ex his simplicibus medicina tantundem valens componitur. ¶ Unguentuz ad eos qui spermate indigent.

℞. baccarum lauri. se. eruce. stercoris columbi. piperis. satirio. ℥. terbentine. an. ℥. i. olei. lib. ij. omnia cōmisce. lumbos te inguinem perunge. ¶ Item piperis satirionis stinci. se. eruce ex equo trita ⁊ cum vino potata valde iuuat ante cibum. ¶ Electuarium. Jo. Dam̄. ad fortem coytum. ℞. ʒʒ. piperis lon. an. ℥. viij. se. ceparum. dauci. eruce. se. vrtice. se. anisi. lingue auis. ocelli. an. ℥. viij. salis stinci ⁊ vmbilici eius. satirion̄. an. ℥. xv. pinee. ℥. xvi. fac pul. mellis addēs qđ sufficit. ¶ Aliud valet silr̄ iter ⁊ ad frigiditatem renū: ⁊ emoroydas. ℞. ʒʒ. galange. yringi. rađ. cinamomi: piperis lōg. se. lini. an̄. ℥. xv. penith. amigđ. dulc̄. an̄. ℥. xx. eruce. se. dauci. anisi. an̄. ℥. vi. cardamomi. ℥. gariof. piperis piretri. nucismusc. mac̄. an̄. ℥. iij. fac. pul. adde. Mell'. quod sufficit. da ante cibū ⁊ post cibū in modū auellane. ¶ Aliud valꝫ silr̄. ℞. cinamomi costi. spice. ℥. maratri. ʒʒ. mēte. origani calamēti cassie. an̄. ℥. viij. polij. piperis lon. ⁊ ni. ⁊ albi. assari vrtice. semen carui gariof. galāge ⁊ yringi. rađ. piretri. cardamomi. spmatis rađ. ⁊ rapulaꝝ. an̄. ℥. iij. sisami. rađ. nucis fistici. amig. pinee. mundatorum. penith. an̄. ℥. xv. mell'. quod sufficit. ¶ Iuuat iterum lac bouinū ⁊ consuetudo bibendi ipsum cum cinamo. gariof. galang. et similibus. ¶ Aliud valet similiter. ℞. se. lini anisi. penith. sisami. anisi amigđ. an̄. ℥. i. yringi. galan. calamēti. an̄. ℥. ß. fac pul. adde. mellis quantū sufficit. ¶ Syrupus valet silr̄. ℞. maratri. anisi eruce. se. dauci cretici. mēte. calamēti. origāi. an̄. ℥. xx. vue pas. c. ℥. oīa coque in. xx. lib. aque vsqꝫ ad medietatē: deīde cola mitte tantundē zuccari vel mellis: ⁊ fac siliter in initio coctiōis: mitte. ℥. ℥. v. galange. gariof. piperis lō. cinamomi yringi. cardamomi. costi. mac̄. an̄. ℥. i. et oīa puluerizata in panno ligent. ¶ Si coytus ꝓpter calorē ⁊ siccitatē auferatur prohibeat medicina omnis ⁊ dieta supradicta ⁊ precipiatur: vt accipiat lac vacinum: pisces recētes. blitis. crisolocāna. cucurbi. ⁊ talia. clistere cū frigidis ⁊ hu. oleis succo cucurb. vt hūectet siccitas: ⁊ calor refrigeret.



¶ De satyriasi. Cap. ij.

Si arterie ⁊ nerui virge impleant vētositate necesse ē virgā erigere ⁊ erectā diu permanere qꝫ si diu permaneat: neqꝫ resideat: sine tamen vo:

luntate ꝛ concupiſcentia coytus:paſſio eſt que poꝛgeſmos vocatur:cuius cauſa eſt ventoſitas inflatiua ꝛ groſſa humiditas viſcoſa ꝛ caloꝛ moderatus. ¶ Galie.omnis inq̄t medicina vel dieta que coytum augmētat huic paſſioni eſt nocitiua:cui medicandū eſt dando cōtraria ventoſitatē mitigantia ꝛ refrigerātia:vngamus doꝛſum ꝛ virgam ꝛ anum ꝛ teſticulos ſucco ſolatri poꝛtul'.lentiginis aque ſemp̄uiue iuſquiamo lactuca oleo ro.ceruſa acatia ꝛ ſimilib⁹.cingulum plumbeū renib⁹ ſuperponat'.Accipe ſemen rute lactuce poꝛtul'.cum ſucco coꝛiandri ꝛ parum cāphoꝛe agni caſti ſperma facit.Similiter aſſuefaciat ſemper ſedere ꝛ doꝛmire ſuper frigidam culcitrā. ¶ Gal'.dixit.ꝙ mulieres athenienſes in feſtis ſuis ponūt vbi ſedent ꝛ doꝛmiūt agnum herbā pꝛopter caſtitatē:quia nomē illius herbe denoīatū eſt a caſtitate.Jaceant in latere et non ſupini.doꝛſum em̄ cum calefiat arterie ꝛ nerui neceſſe eſt calefiant ꝛ caloꝛ ad virgam veniat:ꝛ ex deſiderio coytus eam moueat. Item opiū iuuat ꝛ cāphoꝛa cū oleo ro.tēpta ꝛ virga inde vncta.

¶ De gomoꝛrea. Cap.iij.



Sperma ſine volūtate ꝛ concupiſcētia vel delectatione exiens ex defectiōe fit virtutis contentiue que in vaſis eſt ſpermatis:et hic ſine erectione fit vel ex paſſione vaſoꝛū ſpermatis: ſicut ſpaſmo quo virtus expulſiua mouetur vt ſperma foꝛas eiiciatur:ſicut in epilepticis videmus quod cum erectione efficitur. ¶ Iterum vel eſt ex ſpermatis quātitate:vel ex eius qualitate.ex quantitate ſi multiplicatuꝫ vel augmentatū vaſa impleat.ex qualitate ſi in caloꝛe quātitatiue mutetur ꝛ in liquiditatē et aquoſitatē. ¶ In medicanda huiuſmodi paſſione cum frigida nutriamus dieta: ſicut lactuca poꝛtul'.criſolocāna bliti cucurb.citrulis cucumeribus melonibus ꝛ omnibus frigidis ꝛ humidis vel frigidis ꝛ ſiccis:vt ſumach aceto ꝛc̄.vngamus doꝛſum ꝛ virgam frigidis rebus:ſicut ſucco ſolatri iuſquiamo oleo ro. poꝛtul'.litargiro ceruſa.culcitra ſemper ſit frigida.herbe frigide in domo ponende.Accipe farine glandiū cuꝫ acerbo vino omni die:ſimiliter lactuce ſe.cuꝫ ſucco poꝛtul'.accipiat. ¶.Aliud.℞.ſe.balauſtie ſe.poꝛtul'.ſe.lactuce.ana.

ʒ.iij.aneti se.rute.se.arnoglose.ana.ʒ.i.τ.ß.fac puluerē da bibere ieiuno cum aqua frigida.rutha τ iusquiamus cum syrupo de myrta τ aceto τ agni casti spermatis rute.ana. ʒ.ij.balaustie.ʒ.i.da bibere cū aqua.aqua semp infundat frigida.s.super virgam et super pudēda τ a cibis τ potib⁹ calidis sibi caueat.

¶ De effusione spermatis im somno. Cap.iiij.


Pueri non patiūtur pollutionē: quia vene eorū sunt stricte τ humiditate plene:neqꝫ calor est perfectus:sed cum veniunt ad etatem generat materia spermatis:quia perfectior τ augmentatior est calor eorum:veneqꝫ largiores:vnde mouetur natura:vt materiā augmentatā expellat:et eam cum pollutione in somno emittat.sed tamen hec pollutio que venit ex abundātia spermatis non est similis ei que ex concupiscentia amoris procedit:in ea eñ que ex concupiscentia ymaginatur anima personā amatā quasi sit vicina:vnde ad coytum mouetur natura vt pollutionē faciat. Aliquando vero homo videt mulierē et concupiscit eam: quam cum dormiat ymaginatur sibi quasi cū ea dormiat: et inde pollutio venit: quia ymaginatio anime non est nisi ex cōplexione corporis:multa enim in somnis vident homines cum in corporibus eorum multiplicentur humores quasi in collo suo portent graues.si humoribus sint exinaniti videntur sibi volitare vel ambulare τc̄. pollutio vero non est aliud nisi quā cum somnus elongetur τ corpora sudent. ¶ Pollutionē sepe habentes cum frigida medicina siue cibariis siue vnguentis:sicut diximus in sepe erigentibus curentur. ¶ De apostemate virge. Ca.v.


Apostemata τ vulnera virge seu pustule sunt ex humoribus a corpore descendentib⁹:quod palam est sensui. cum hoc membrū in propatulo sit intelligendū vnde nascat:qm̄ ex infirmorum cōplexionibus. ¶ Si vulnera sint sine apostemate medicemur cū cerusa.litargir.añ.ʒ.iij.cucurb. pulueris memite.añ.ʒ.i.τ.ß.cū oleo ros.si hūida sint vulnera mittamus cortices cypressi cōbustos τ ematitē sed si virga pruriat mittam⁹.c̄c̄.τ camphorā ex quo faciam⁹ cly

stere in virga. ¶ Et si ibi apostema videamus cum hoc vnguēto medicemur. ℞. catinie argētee ceruse litargir. memite. añ. ℨ. i. ꝛ. ℥. ꝯ. acatie balaust. añ. ℨ. ij. fac puluerē ꝛ cōfice cū oleo ros. ꝛ cera. ¶ Aliud. ℞. cineris frondiū vitis. thuris. añ. ℨ. i. ceruse. ℨ. iij. tēpera cū aqua: ꝛ inde se vngat ꝛ postea lauet cū aqua myrtina vl' marina. ¶ Aliud. ℞. albumen oui oleū ro. ꝯ. myrtā fac vnguētū. ¶ Aliud. ℞. nitrum cineres frondiū vitis. tēpera cū aqua ꝛ inde vngat.

¶ De apostemate testiculorum. Cap. vi.



Umores a corpore ad testiculos descendētes apostema ibi facere solent qui si sint acuti vel calidi color rubeus vel citrinus inde exit cum ardore dolore ꝛ pulsatione: si materia sit frigida color apostematis fit talis: qualis est color corporis ꝛ sine dolore. Si vero ex percussione vel scissura fuerit infirmus bene manifestabit. ¶ In medicādo apostema ex calore minuat de vena basilica vel saphena: et in dorso scarificetur ꝛ postea humores calidos cū farmacia purgemus. deinde ad apostema redeamꝰ cum epithimatibus ꝛ cathaplasmatibus puluerē de fronde rāni fac cum oleo ro. apostemati imponat vl' chimolea cū succo solatri. ꝛ. ꝯ. vel farina ordei cocta cū melle ꝛ aqua: vel etiaꝫ fabe cū vino cocte. ¶ Cathaplasma valēs ad apostema calidū in testiculis. ℞. rose viole sandali rubei et albi. ana. ℨ. iiij. malue radic. ꝛ eius seminis. ℨ. v. memite. ℨ. iij. tēpera cū succo solatri ꝛ oleo ro. ¶ Si ex frigore sit apostema ponamꝰ vuam passam mundatā: ꝛ ciminū ꝛ fabas coctas vel mellilotū cum sapa cocta: vitellū oui farinā tritici. ¶ Cathaplasma valens similiter. ℞. balaustie fabe farinate ꝛ ciceris camomille. añ. ℨ. vi. thuris. ꝯ. myrrhe acatie cimini. ā. ℨ. i. ꝛ assungie renū caprioli cere sisameleos medulle bouine vitellū oui: fac vnguētū. farinā ordeaceā in melle coctā superpone. ¶ Si autē rubeāt nimiū testiculi chimolea cuꝫ aqua ro. lumant: qui cū desiccati fuerint abluātur cū aqua calida: ꝛ fiat emplastrū de absinthio ꝛ ficubus tritis insimul et in panno superpositis. valet ad hoc vua passa: cum cimino ꝛ melle. et farina fabe trita ꝛ sup lintheū inducta testiculorum tumorem in pueris maxime sanat.

¶ De vulneribus testiculorum. Capi. vij.


Ulnera in testiculis deuenientia si sint calida sic sunt medicãda. Accipiat chimolea cum aq̃ et acatia cerusa cũ oleo ro. litargir. catinia argentea oleũ ro. et supponant. ¶ Unguẽtũ valens ad pruriginẽ in testiculis ex colera rub. ⁊ sanguine adusto. ℞. medulle bouine. ʒ. ß. olei ro. ʒ. i. ceruse. ʒ. vi. sulphuris extīcti. ʒ. i. cere. ʒ. ij. acatie. se. rosar. añ. ʒ. ij. fiat vnguentũ. ¶ Aliud valens similiter. ℞. cceruse. ʒ. vi. sulphuris viui. ʒ. ij. opij. ʒ. i. tempera cum aceto. ¶ Si testiculi ex sudore sint vulnerati fac vnguentũ de alumine et galla et desuper inijce. ¶ Si fissuram habuerint accipe thus minut. rannũ cũ oleo ro. et oui vitello ⁊ fac vnguentũ.

¶ De ruptura siphach. Cap. viij.


Omnis crepatura in pelliculis ventris et testiculor existens circũdatorijs est ex motu forti: sicut si post saturitatẽ graue tollatur pondus: vel fortiter tussiat: seu alte vociferetur: vl' post saturitatẽ coeat seu luctetur: vel ꝑpter lubricã humiditate: vnde et membrũ lubricũ fit: et sic locum suũ dimittẽs: et aliũ non suũ accipiẽs: vñ et pellicula illi⁹ loci est fissa. s. ita ꝙ si neru⁹ crepuerit non solidat. ¶ Sed tñ q̃daz crepatura est leuior altera que cũ incẽsione curat et ad dilatationẽ retardat propter colligantiã extremi nerui seu pellicule: qđ maxime ꝯtingit in pueris plusq̃ in alijs etatibus. Itẽ precipiendũ est ne saturent se neqȝ coeant vl' laborent seu se moueãt: et sup illã crepaturã plumbũ concauuz cũ acatia semꝑ apponãt et ligẽt cũ plũbo bõbicino pleno. subtus plũbũ vngamus vnguẽtis dissolutiuis et expulsiuis vẽtositatis sicut aloe myrrha thure litio acatia succo yposq̃stiđ. bdellio vel talib⁹. ¶ Si ꝟo magnificet crepatura: et aliqđ vitiuz illuc descẽdat erit molestissima adeo vt īfirm⁹ a motu ⁊ grauitate: retrahat etiã si sit ad medicãdũ dura: ita ꝙ aliq̃d nõ possint ꝑficere medici nisi cũ solutiõe vẽtris ⁊ dissolutiõe sue vẽtositatꝭ: sicut sunt pillule de serapino vl' bdelio vl' dyaromate dyacimino succigene. trifera maiore vnguẽta fiãt stiptica. abstineãt se a grossis cibarijs ⁊ vẽtositatẽ faciẽtibus. Cathaplasma valẽs ad idẽ. ℞. masticem

thus nucem muf. cypressi frondem titimal. myrthaz sarco=
collam equali pondere tẽpera cum aceto. ¶ Aliud. R. aca
tie balausti. nuc. musc. cypressi titimali equali pondere ma
stic. thuris myrrhe. cc. sarcocolle dragagan. sansuc. draco.
ana. ʒ. f. tempera cum oleo ros. ⁊ aceto.

¶ De retentione menstruo℞. Cap. ix.


Enstrua mulieribus eueniunt cũ etatem. xiiij. annoℛ subeunt: sed tamẽ si festinauerint men=strua in. xij. hic faciet natura: que sic cõtingũt mulieribus: sicut pollutio masculis: causa eoℛ est: quia corpora mulierum frigida et humida sunt: vnde multos humores colligunt qui cuz ad inferiora descẽdent cũ menstruis exeunt sicut in arboribus sepe vi=demus quarũ humores cũ gũmis egrediunt. Cum exeunt menstrua fm ꝙ oportet in quantitate et tẽpore purgantur humorũ superfluitates: ꝙ si fiat ꝯ in quantitate siue tẽpo=re: vel si auferantur diuersitates passionũ generant. ¶ Eo rum ablatio aut est naturalis: aut nõ naturalis que mulie=ribus post. l. annos cõtingit alijs in. xl. alijs in. xxxv. maxi me multũ pinguibus et carnosis. ablatio accidẽtalis ẽ vel ex ꝟtute: vel ex organis vel ex materia: ex virtute: vt si mẽ bris dominentur alique ꝯplexiones male. s. naturaliter vl accidentaliter: ex organis propter substantiã vulue vel ve narũ suarũ ex substantia vulue vt si sit spissa et viscosa natu raliter vel accidentaliter ex venarũ substãtia si sint stricte sicut pinguibus euenit quibus venarũ ora sunt constricta naturaliter vel accidẽtaliter: sicut ex opilatione que inna=scitur eis ex humoribus grossis ⁊ viscosis. De materia fm quantitatẽ vel qualitatẽ vel ex motu suo. de quantitate si sit parua que paruitas vel ex subtili dieta vel ex magnis exercitijs. Rursus mulieres se exercentes et nimiũ mouen tes non multũ habent mẽstrua: sed que quiescũt et multũ comedũt et suauiter viuunt multa indigent purgatione mẽ struorum ex qualitate materie vel ex grossitudine et visco=sitate vel de frigiditate et siccitate: sanguis eñi ingrossatꝰ claudit vias: neqꝫ faciliter exit: similiter infrigidatus vel exiccatus non currit per venas facile ex motu materie in alia mẽbra se mouentis: sicut ⁊ in anũ et dicitur emoroys.

vel in nares: et dicitur fluxus sanguinis. Rursus si quedaȝ mulieres multũ fluxum sanguinis habuerint: et quedã ab emoroydibus vel de pectore vel de venis q̃ crepuerint mul tum emiserint. he oẽs et similes mẽstrua descẽdentia non habẽt. Item menstrua auferunt et corrũpunt ex continua tristitia motu gemitu timore ira: et alijs talibus anime passionibus. ¶ Cũ vero ablatio menstruoꝝ ab eis diu elon getur passionẽ in stomacho patiunt vtpote defectionẽ ap petitiue virtutis et abominationẽ maluȝ appetitum: sicut pulueris terre carbonũ laterũ et similiũ. Alia adhuc pas sio sequitur maior: sicut colli dorsi capitis. et oculoꝝ dolor patiũtur etiã acutas febres vrina earũ pertinet nigredini vel rubori. Aliqñ est sicut lauatura carnis recentis: vl'r enĩ earũ corpora morbis maximis sunt apparata: sicut ptisi: ydropisi: manie morphee et talibus: flobothomemus ĩ ve na media donec causa menstruorum ablata erit maior.

¶ Rursus si medicus bene intelligat causam menstruoruȝ ablatoꝝ facilior erit curatio. opȝ ergo vt nos medicemur auferendo res illas: vnde ablatio venire solebat: et incipiẽ dũ est a curis. fiat ergo flobothomia de vena saphena. hoc autẽ in die tertia vel quarta anteq̃ veniant mẽstrua: et sca rificari calcaneũ valet similiter. cũ flobothomemus vl' sca rificemus parum sanguinis auferat: et in alio die fiat simi liter de alio pede. G. in epidimia. Femina cui per. vij. men ses ablata sunt mẽstrua facta multũ macida: et appetitum iam perdiderat quã cũ vidissem tribus dieb⁹ sanguinẽ pur gaui. in die prima abstraxi lib. i. ʒ. ß. in scda lib. i. in tertia viij. ʒ. ꝙ cum fecerim paulo post figura redijt prout fuerat. Similiter menstruis multũ valet calamentũ agreste ⁊ do mesticũ cũ aqua mellis de qua aq̃ da bibere post balneum assuefaciãt balneare: ⁊ postea accipiãt. ʒ. ij. de dyatesseron et de castoreo. ʒ. i. cũ aqua mellis. Aliqñ dare ꝓdest yerap. maxime quod confectũ est cũ cynamomo alitimo. Demus etiã ea que vrinam prouocẽt: sicut maratrũ anisum cimi num apium anetũ cassiam spicam squinãtũ ⁊ talia. demus apozima de absinthio: et de radicib⁹ vel apozimata de fa seolo. ʒ. iij. olei nardini. ʒ. i. galbani. ʒ. ß. vel dem⁹ dyamar te. ʒ. i. cum apozimate de sauina: ⁊ de aniso. ¶ Apozima

valens ad menstrua prouocanda. ℞. calamēti sticados pe
trosilini sauine prassij camedreos camepitheos: polij. añ.
ʒ. iij. maratri anisi apij ameos dauci squinanti cuscute. añ.
ʒ. ij. arthemisie ysopi nephite tutie. ana. ʒ. ij. cassie aristol.
lō. gentiane bacce lauri reupontici. ana. ʒ. i. ꝛ. ß. oia coque
in aq̄ et da bibere. ʒ. iiij. ¶ Aliud apozima valet silr. ℞. ru
bee maioꝝ. ʒ. vi. marat. radic. apij. añ. ʒ. xv. anisi. ʒ. v. dauci
ʒ. viij. faseoli rubei. ʒ. xv. mastic. ʒ. v. calamenti ameos. añ.
ʒ. v. omnia coque in. v. lib. aque vsq3 ad vnam da bibere. ʒ.
iiij. cū amigdaleo amaro. ¶ Puluis valet similiter. ℞. sa
uine apij. añ. ʒ. x. cinamomi alitimi. ʒ. v. cassie spice absin=
thij. añ. ʒ. iij. squinanti maratri anisi. ana. ʒ. i. ꝛ. ß. turbith:
quantum oēs alie species: fac puluerē cū amigdaleo ama=
ro da bibere. ʒ. iij. ꝛ. ß. cū apozimate de calamēto. ¶ Pil=
lule valēt similiter. ℞. serapini. ʒ. iij. absinthij. turbith. añ.
ʒ. iij. scamonee armoniaci opoponacis seraphinos bdelij.
añ. ʒ. i. ꝛ. ß. cassie sauine maratri anisi apij calamenti squi=
nanti. ana. ʒ. ß. distēpera cum succo apij faciens pillulas
da bibere. ʒ. iij. cū apozimate de calamento. ¶ Pascale fa
ciamus de calamento centaurea gentiana et talibus. alu=
men myrrham tēpera cū yreleo: similiter valet nitrum ab=
sinthium ysopus lac ficuum oui vitellum yreleon: similiter
facit elacteriū. myrrha nigella calamentū cum melle simi=
liter facit: op3 vt mulier vngat vulue interiora cū oleo ro.
vel yreleo: ne fortitudo medicine generet apostema vl' vul
nera. ¶ Calefactio vero nō minus est iuuamentū de camo
milla sansuco melliloto cassia aneto calamo aromatico
yreos calamēto rutha ꝛ similib⁹ ꝯpositis siue simplicibus
fac coquere ī aqua ī qua spōgia infusa sit. calefactio cū ipa
silr iuuat si his coctis in vase mulieri tot⁹ medicine fum⁹
introeat vulue interiora.

¶ De fluxu mēstruoꝝ suꝑfluo. Cap. x.



Fluxus sanguinis exiens cu3 menstruis plusq̄
op3: vel de organis erit: vel apert; venis vulue
s. crepatis: et tunc sanguis subito et velociter
exit rubeus et clarus: vel ex mafia cū augmē=
tetur sua quātitas propter multā suauitatē et
nimiā comestionē: vel propter qualitatē: vt si sit acuta cole

tica.vel salsa flegmatica:vel ex acumine sanguinis:quem vulua retinere nõ põt et festinat vt expellat.¶ Si materia sit colrica:color eius citrinus fit:si flegmatica albus:si sanguinea rubeus:hic fit cũ totius corpis corrũpitur sanguis et descẽdens ad vuluam effluit qd non possunt cõpati mẽbra corporis propter corruptionẽ sui:et malignitatem sue qualitatis.¶ Si augmẽtet fluxus iste:neq3 cesset patiũtur mulieres colorꝝ mutationes:fastidia:macillentiã:hydropisim:qr epar propter hic necesse est refrigescat et actio sua deficiat:vnde op3 vt si augmentet:et eum extinguere velimus:mulieres in superioribus flobothomemus vt materia ad supiora trahat:hic fit si sanguis cã fuerit.Si colera rubea sit dandũ est catarticũ et antid.qd ea3 purgare debeat et similiter in flegmate:vel in colera nigra:faciamꝰ catartica et antidota sibi cõueniẽtia.Deinde redeamus ad medicinã stringẽtẽ sanguinẽ:sicut acatiam.corall.gũmi.myrthe se.balaust.sem.portul.bolum.cornu cerui.conculã marinam:et similia:vniuersaliter est itidem medicandũ: sicut in fluxu sanguis de pectore:vel de aliĳs mẽbris : cibos demus sicut perdices fasianos et similia:mulier sedeat in aq̃ vbi cocta sint tamariscus.cortex maligra.galla.myrtha.ro.et similia:ventosam ponamꝰ mamill.ꝛ fugamus cũ scarificatiõe.¶ Nascale faciamꝰ de galla:alumine thure gallia.equali põdere:tẽpera cum aceto. ¶ Aliud.℞.acatiam ypoq̃st.thus.ʒʒ.acetũ. ¶ Trocisci valent silr:℞.balausti. cõcule marine.acatie.añ.ʒ.iĳ.san.dra.sumac. cupularum. glanđ.viol.boli.gũmi.aluminis.añ.ʒ.i.ꝛ.ß.succi ypoquis. ʒ.i.cãphore.canabi.añ.ʒ.ß.fac trocis.cũ succo virge pasto. da bibere.et silr fac nascale. ¶ Puluis valẽs silr.℞.cõcule marine cornu cerui.añ.ʒ.vi.balaust.charab. coralli spodĳ.ro.añ.ʒ.iĳ.facias puluerẽ et da bibere.

¶ De suffocatione matricis. Cap.xi.

Aliquando mulieres patiunt suffocationẽ matricis : vnde earũ appetitus deficit et corpus refrigescit:sepe mulieres inde deficiunt ꝛ subtiliant:pulsus earum paruissimus et debilissimus.Aliquando ex toto aufertur : aliquando mulieres adeo coartant vt earu3 capita genibus impli

cent:vñ.H.vidi mulierẽ huiusmodi patientẽ que et flatum perdiderat fere et pulsum.quasi mortua esset: neqꝫ distulit a mortua:nisi qꝛ paruꝫ erat in medio corporis calida:multi medicoꝝ eam mortuã esse putabãt. Qd certificare volentes lanã carpinatã rarissime acceperũt ꝛ naribus apposuerunt:de cuius motu eam viuere certificati:qꝛ flatum habebat:et omne aĩal flatum hñs viuit. ¶ Causa cuius passiõis multitudo est spermatis vel corruptio sui: hec contingunt qꝛ diu remote fuerunt a virorum cõiunctione:vnde necesse est vt augmentet̃ sperma et corrũpatur: et quasi venenum efficiatur:hic plurimũ vidue patiunt̃ maxime prius maritate et parturientes sepissime. Similiter puelle patiuntur cũ ad etatem veniunt:neqꝫ cohabitent cum masculis. sperma enĩ coadunatur in ipsis:qd expellere:sicut et masculis necesse est:hic enim nature actio expetit:cũ mulier habere masculũ nõ valeat adunatur in ea sperma:et ab ipso fact⁹ fumus ascẽdit ad dyafragma.quia dyafragma et vulua cõiuncta sunt:quia vero dyafragma cõiunctum est cum gula et instrumentis vocis: suffoccatio hic inde contingit.

¶ Iterum hic morbus est ex menstruoꝝ ablatioaibus: naꝫ si menstrua auferantur et sperma augmẽtetur multo plus peioratur ꝛ maxime in autũno et hyeme. ¶ Prima enim medicina huic morbo est machinanda vt manus et pedes mulieris fricemus:tamen moderatius est cum dãnileo naribus apponamus abominabilem odorem: sicut castorei: galbani.picule.lane combuste.liciniĳ extincti.pilorũ fumi ꝛ similiũ. Inferi⁹ fumigem⁹ cũ odoriferis fumigationib⁹: sicut aloe ligno.musco.costo:ꝛ sĩlib⁹.odorifera olea ponamus in vulua:sicut yreleon.musceleon.cameleon.nardileõ vt sperma trahatur ad inferiora ventosas in pectine ponamus et in inguine:vngamus os vulue cuꝫ oleis odoriferis intrinsecus et extrinsecus:demus dyaciminũ:cum apiĳ succo calamenti syrup̃.yerapigra cum succo absinthiĳ:demus ʒ.i.de agarico cum vino odorifero:lauemus vuluam de absinthio.camomilla.sansuco.aneto. calamento. Item valent ad suffocationem matricis.ʒ.iĳ. de succo iusquiami.castorei.piperis albi.costi.myrrhe.opiĳ.añ.ʒ.i.et.ß. tempera cum vino dulci et da bibere.

¶ De apostemate matricis. Cap. xij.



Aliquando apostemata nascunt in vulua multiformia. Si ergo adsit colera ru. calidũ gñat apostema. qd tamẽ fit de ventositate grossa: vel de percussione: vel de menstruoꝝ ablatõe. ¶ Si eñi apostema in vulue sit prora sequit dolor cũ strãguria: si in ore vulue vmbilici ⁊ natiuȝ aderit dolor: si in eius pupa sequit dolor dorsi: constipatio digestionis: dolorq; sub ypocũdrijs. ¶ Si apostema sit colericum: vl' sanguineũ febres hȝ acutas: sitim ⁊ dolorẽ. Si de humoribus sit grossis: tumor ⁊ durities et grauitas in anchis ⁊ coxis: vnde opȝ succurri. ¶ Si apostema ĩ vulua sit perquirendũ est vnde fit: qr si ex calore basilica vel mediana erit incidenda ⁊ sanguinẽda ẜm virtutẽ patientis nisi aliquid sit contrarium. mulieri in vulua apostema habẽti. Gal'. venã pedũ cõuenit minuere: melius eñi iuuat hic ꝙ si in alio loco fiat. Itẽ dixit. in vulue passione necesse est sup manũ minuere. Menstrua eñi stringit sanguis detractus ad supiora corpis. Si mulier fortis sit bis in die attrahat sanguis. Si debilis semel: postea danda est medicina que in acuto apostemate valet: sicut succus solatri. cassiaf. mãna. mel. ro. ⁊ similia. cathaplasmet in primis cũ repugnãtibus calori. ⁊ mẽbra illius cõfortãtib⁹: sicut portul'. solatro. sempuiua. psilio. arnoglo. endiuia. oleo ro. ⁊ similib⁹: postea dissolutiua ponamus: sicut endiuiã: oleũ viol'. caules. se. lini. maluã. se. fenugr. assungiã anseris. galline. mellilotũ albumẽ oui ⁊ similia: de omnib⁹ nascarizemus siue simplicibus: siue cõpositis. Dyascori. dixit: spica nardi cocta in aq̃ valet si in ea sedeat mulier. ¶ Nascale pauli valet ad calidã vuluã ⁊ duritiẽ suã: ⁊ inuersationẽ suã ⁊ inflationẽ ⁊ ventositatẽ: accipe assungiã anseris: medullã vituli: medulã cerui. añ. ℥. vi. anseris galline. cc. añ. ℥. iiij. masti. mell'. añ. ℥. ij. ysopi. ℥. ij. ⁊. f. tẽpera cũ lacte mulieris ⁊ oleo ro. ¶ Si apã sit frigidũ ⁊ grossũ ꝙ dissoluat erit faciendum: sicut fenugr. mellilotũ: se. lini. mẽta. sansucus. ⁊ sil'ia sunt apponenda. epithima faciamus ⁊ nascale sil'r. demus apozima de radicib⁹ diur. ad bibendũ. de squinant. ⁊ pill'. de serapino: balnea assidue ⁊ epithimata lenia. dãda sunt

cibaria grossa humorē non generātia. ¶ Si certificemur saniē ibi esse collectā ponenda sunt cathaplasmata maturatiua ꝛ aperitiua: sicut de fenugre. se. lini. farina tritici: farina ordei: ficub⁹ cū fimo colūbino coctis. Si crepuerit apā et sanies inde effluxerit in eneā vesicā detur lac asini et capre. se. cucumeris ꝛ melonis. Clysterizemus cū ptisano et melle in vulua: cōfectio vnguēti ꝛ nascalis. ℞. assungie asseris ꝛ galline. vituli. cere. añ. ʒ. x. vitell'. oui. assi. ʒ. v. bdellij. myrrhe. ā. ʒ. i. cc. ʒ. ß. yreleos ꝛ olei nard. qd sufficit.

¶ De vulnere matricis. Cap. xiij.



Ulnera in vulua generantur de acutis apostematibus: ꝛ aliquādo de acutis medicaminib⁹ vel de aborsu: que certificanꝛ ex sanie inde effluenti. ꝛ ex dolore et ex pulsatiōe in matrice. Si sit putrefacta sanies fit ex colera nigra cū putredine horribili ꝛ ardore nimio: vnde mulieri est precipiendū: vt in vuluā ponat illa quib⁹ vulnera mundificenꝛ: et calor extinguaꝛ et dolor mitigetur sicut succus solatri. arnoglo. oleū ro. cum albumine oui: lacte mulieris: succo portul'. et similia. Demus mulieri ad bibendū catarticum de iuiub. se. papaueris. liquiꝛ. ꝛ similia. Nutriamus cū cucurb. portul'. ꝛ similib⁹. Sedeat in aqua vbi cocta sint myrtha. rose. fenugre. balaust. lentes: cortices: maligra. ¶ Si vene sint corrose dem⁹ san. dra. myrrhā. thus. bolū. cc. aristotel'. lon. de quibus oībus clystere faciamus vel nascale. Siſr̄ valet litiū. acatia. vnde nascale fiat. valet ad pruriginem vulue. cc. cāpho. litargi. bacca lauꝛ. albumē oui. oleū ro. seu clystere. seu nascale fiat. ¶ Jo. Da. dixit. farina fenugre. cum sanguine anseris valet ad doloreꝫ matricis: valet etiā lac ficuū cum vitello oui si facias inde nascale.

¶ De mollitie matricis. Cap. xiiij.



